CODICES HEBRAICI

MANU EXARATI

REGIAE BIBLIOTHECAE

QUAE IN TAURINENSI ATHENAEO ASSERVATUR

Turin — Biblioteca nazionale.

CODICES
HEBRAICI

MANU EXARATI

REGIAE BIBLIOTHECAE

QUAE IN TAURINENSI ATHENAEO ASSERVATUR

RECENSUIT, ILLUSTRAVIT

BERNARDINUS PEYRON

ROMAE - TAURINI - FLORENTIAE

FRATRES BOCCA

Regis Italiae bibliopolae.

M.DCCC.LXXX

Auctor iis, quae lege iussa sunt,
adimpletis, ius proprietatis apud se esse declarat.

Edidit suis sumptibus.

Aug. Taurinorum. — Ex Officina Regia I. B. Paraviae et Soc. — 1880.

DE

TAURINENSIBUS CODICIBUS HEBRAICIS

DE NOVI CATALOGI OPPORTUNITATE AC RATIONE

MONIMENTA QUAEDAM

I.

Codicum numerus et praestantia.

Codices Hebraici manu exarati hodie in Taurinensi Bibliotheca asservantur CCLXXIV, quos continet pluteus signatus littera *A*, si paucos excipias in ordine primo insequentis plutei signati *a* quaerendos (1). Iure inter hos biblici libri, quorum aliquot sunt rotatiles, primas tenent; sunt enim ex iis, qui multa antiquitate praestant; sunt etiam paullo recentiores, quos tamen ex antiquissimis membranis descriptos esse patet. Verum fere omnes, cum nondum fuerint penitus excussi, spem faciunt novae optimarum lectionum segetis. Nam Kennicottus et De-Rossius varias quidem lectiones ab amicis decerptas et ad se missas ediderunt, sed si quis eosdem codices iterum conferendos suscipiat, facile animadvertet, multo plura illos omisisse, quam collegisse (2). Prope biblicos memorandi sunt complures libri precum, quorum alii aliter se commendant; nec iam parum hi profuerunt doctis viris, qui in antiquiores ritus inquirunt. Multo magis profuturos esse non dubito, si diligentius recenseantur. Accedunt commentaria in sacros libros, commentariorum compendia, opuscula

moralia, cabalistica, medica, mathematica, poëtica aliusve generis, quorum plurima, fateor, aut ex multis codicibus aut ex ipsis editionibus valde cognita sunt. Attamen nonnulla, non modo inedita, sed omnino singularia esse in codicibus nostris iam inter eruditos constat. Verum non omnia constant, quae noviter de aliquibus proferri possunt. Nam eorum pars, quae demum allata fuit ex Calusianis libris, parum innotuit; pars vero, quae ex edito Pasini catalogo magis est vulgata, iterum pertentari sinit. Non enim desunt opuscula, quae permixta variis unius codicis operibus huc usque inquirentium oculos effugerunt, ita ut vel novi scripti, vel saltem novi exemplaris nuncium exoptatum afferre liceat; alia auctoris nomine carent, quod indicare iuvat; alia quasdam etiam peculiares notas praeferunt, quibus aliquid novi subsidii bibliographis comparetur. Quae cum ita sint, verius etiam post auctam praestantissimorum codicum copiam adfirmare posse reor, quod in praefatione ad quartum bibliothecae suae volumen adfirmavit Wolfius de taurinensibus codicibus, qui tunc extabant: *Egregie de his litteris meo iudicio mereretur, qui ἀνέκδοτα, quae in hac suppellectile occurrunt non pauca, una cum codicibus biblicis antiquissimis, data opera pervestigaret, et in communem usum proferret.*

II.

Unde nam Codices advenerint.

Codices hi omnes, si unum excipias, ex duabus, uti iam innui, collectionibus in hanc nostram coaluerunt.

Altera collectio, quam recensuerunt Bencinius (3) et Pasinus (4), ad Allobrogum Duces pertinuit, atque huic Bibliothecae vel ab ipsius primordiis accessit, scilicet anno MDCCXX. Eo enim anno

rex Victorius Amedeus II, quum in Athenaeo a se nuper extructo publicam bibliothecam instituere decrevisset, eam constare voluit potissimum ipsa maiorum suorum bibliotheca, quae demum regio tabulario adnexa fuerat, atque inde in novas Athenaei aedes translata est. Ex ea advenerunt codices hebraici CXCV, quorum tamen quinque aestimabantur manu exarati, cum essent typis impressi, perperam unus visus est hebraicus seu armenus, qui russice erat conscriptus (5). Iam statim monendum mihi est, ne unum quidem codicem ex hac collectione post tot annos deperiisse. Verum sex illi, quos ad alias librorum classes spectare memoravi, in suas nunc tandem deportati sunt, ita ut ex antiqua Ducum collectione in praesens, sex demptis, non iam deperditis, codices vere manu exarati et hebraici numerentur CLXXXIX.

Altera collectio ad Calusium illustrem virum pertinuit, atque ineunte hoc saeculo partim dum viveret dono data est, partim ab haerede post illius mortem concessa. Ex hac collectione nobis suppetunt codices LXXXIV (6). Hanc illustravit Amedeus Peyron patruus meus dulcissimus, et ipsius Calusii discipulus clarissimus (7). Addidit ipse postea codicem rotatilem, qui nunc signatur A. I. 12.

III.

De Codicum ordine et notis saepius immutatis.

Codices prioris collectionis iam ante in Regio Tabulario ordinati erant. Sed inde in Athenaeum nullo prorsus servato ordine advecti sunt, et sic promiscue aliquot annos iacuerunt; quemadmodum forte primum depositi fuerant. Nam Piconus, qui primus omnium in Athenaeo bibliothecarius fuit, donec munere suo

functus est, potius cogitavisse videtur de perficiendis innumeris iis negotiis, quae in nova Bibliotheca magis urgerent et quotidiano usui lectoribus essent, quam de collocandis libris manu scriptis, quos pauci eruditi exquirunt, praeterquam quod opus esset et longum et difficile et ipsimet, uti puto, profanum. Hinc decem circiter anni effluxere, ex quo Bibliotheca patuit lectoribus, quin codices ordinarentur. Nihil igitur mirum, si Wolfius summus ille litterarum hebraicarum cultor, in praefatione ad quartum bibliothecae suae volumen questus sit, quod notitiam codicum taurinensium hebraicorum tandem a Bencinio acceptam iam pridem frustra quaesiverit. Erant enim inordinati; nec solum hebraici, sed reliqui omnes. Revera Petro etiam D'Orville, qui eo tempore Taurinensem Bibliothecam adiverat, Piconus nescio quos codices, non sane hebraicos, denegavit. Quam ille repulsam, veluti maximam sibi iniuriam allatam, ulturus acerrimis versibus latinis Piconum lacessivit, irrisit, atque habuit nimis dure (8). Sed nemo, uti existimo, codices recusare statuerat; ii non commode in tanta perturbatione reperiebantur.

Vix paullo ante annum MDCCXXXII Franciscus Dominicus Bencinius, qui simul et Regii Tabularii et alter post Piconum novae Bibliothecae praefectus erat, sicuti caeteros, sic et hebraicos in ordinem disponendos curavit. Hos in eodem pluteo, ubi adhuc extant, pariter signato *A*, atque in sex ordines distincto ita iussit collocari, ut alii aliis essent attigui, si fieri posset, pro simili argumento, secus pro voluminis forma. Animadvertit ipse aliquot esse non manu exaratos, sed typis excusos, neque video, cur eos minime prohibuerit a collectione manu exaratorum; codices tribus notis distinxit, quarum prima indicaretur pluteus, altera ordo plutei initio facto a superiori ordine, qui minima volumina

teneret et numero I signatus est, demum series cuiusque codicis in unoquoque ordine (9). Haec codicum hebraicorum dispositio, quam constituit Bencinius atque in indice signavit, ferme per saeculum nullomodo immutata remansit.

Verum anno huius saeculi nono, quum Abbas Thomas Valperga Calusius, vir cum in aliis, tum praesertim in orientalibus disciplinis clarissimus, volumina supra mille varii generis, eaque praestantissima dedisset (10), hebraica manu scriptorum codicum collectio aucta est prima vice codicibus uno et septuaginta. Tunc primum eximius bibliothecarii vicarius Josephus Vernazza (11) ordinem a Bencinio institutum mutavit. Nimirum, addito uno ordine in pluteo, novos codices inseruit iis, qui prius aderant, et omnes pro sola voluminis forma posuit, quos tribus etiam notis insignivit, hoc tamen discrimine, quod in numerandis ordinibus initium fecerit ab inferiori, qui maxima volumina continet. Antiquiores notae minime deletae fuerunt, sed novae tum subiectae in tergo voluminis, tum in edito catalogo manu signatae. Vix memorandus est hic ordo; nam ex bibliographis nemo, quod sciam, hasce notas ad codices designandos usurpavit.

Iterum anno huius saeculi quinto et decimo ex altera librorum copia, quam haeres Calusii attulit, tredecim codices hebraicorum classi accesserunt. Non ideo ordo instauratus est, sed novissimi codices extra ordinem diu relicti sunt.

Non multo post Johannes Antonius Arrius (12) Bibliothecae custos et litteris hebraicis eruditus novam signandi hos codices rationem excogitavit, qua ii distincti sunt uno numero arabico continuata serie a primo inferioris ordinis ad extremum septimi. Iam tertia nota addita est superioribus, quam adhibuit Amedeus Peyron in sua librorum Calusii notitia.

V.

De Bencinii indice manu exarato.

Postquam codices allati sunt in Athenaeum, primus Bencinius, uti disponendos in pluteis, sic describendos curavit in Indice, cuius partis hebraicae duo exemplaria redacta fuisse apparet, quae nisi notis, quibus codices distinguuntur, non differunt. Alterum est, cuius apographum Bencinius ad Wolfium misit, quodque nunc desideratur; alterum est praemissum caeterorum codicum Indici in volumine manu exarato, quod, expletum decimo quarto kalendas septembris anno MDCCXXXII, depositum est Taurini in Regio Tabulario, ut hoc extet documentum munificentiae, qua Rex libros maioris pretii publicae utilitati concessit (15). Vix duo codices ex hebraica collectione in eo indice omissi sunt, nempe codex tunc signatus A. VI. 10, nunc A. I. 2, idque procul dubio librarii incuria, et codex nunc A. II. 22, quem satis patet paullo post confectum indicem a Tabulario in Athenaeum advectum fuisse. Cuiusque codicis italice et diligentissime describitur exterior habitus et forma, latine et satis diligenter referuntur operum tituli (16). Verum Bencinius non codices illustrare sibi proposuerat sed recensere. Hinc postquam singula adiuncta, quibus codex recognosci potest, adnotaverat, satis habuit, si ea, quae continet, quodammodo definiret neque aliquid docuit de operis praestantia, utrum sit editum an ineditum, nihil de codicis probabili aetate; imo si aetas indicetur in ipso codice, raro evenit, ut annum Iudaicum Christiano recte aequiparare sciat. Libros tamen, quos Machazorim vocant, accuratius describit, fortasse quia a viro Hebraeo de iis, quae insunt, certior factus est. Adnotavit ipse,

quod quatuor codices tunc signati A. I. 13, 35, II. 18, VI. 21 typis essent impressi; non idem adnotavit de impresso codice A. I. 2, quem veluti manu scriptum exhibuit. Codicem russice conscriptum charactere Armeno conscriptum esse arbitratus est. Hebraicum indicem Bencinii non sine fructu quisque adiverit, iusti harum rerum aestimatores laudant, atque in primis Wolfius, qui ex illo multa se didicisse profitetur. Haud pauca inde exscripsit Pasinus, quin tamen unquam de illo mentionem faceret. Eum denique saepius memorant De-Rossius et Steinschneiderus ex iis, quae Wolfius edidit.

VI.

Index Bencinii a Wolfio partim editus.

Accidit, ut dum Bencinius codicibus hebraicis disponendis, et eorum indici exarando operam daret, vir doctus Julius Th. Bürhen Taurini moraretur, atque indicis illius vix prima manu, ut videtur, exscripti apographum pro amico suo Wolfio petierit atque obtinuerit, quod ad suos reversus ei communicavit. Gavisus est Wolfius, et quum Bencinium in praefatione commendasset, quod *ut litteras egregie ornat, ita bibliothecae curam non minori industria quam in exteros humanitate agat*, indicem illum edidit in quarto bibliothecae suae volumine, anno MDCCXXXIII. Non edidit tamen integrum et continuate; at se abstinuit a recensendis codicibus biblicis, omisit pleraque opuscula, quorum auctor non indicatur, libros precum vix enumeravit ex notis exterioribus. Verum opera varia, quae idem codex continet, passim sub variorum auctorum nominibus distribuit. Satis autem patet, indicem, quem Wolfius a Bencinio acceperat, eumdem prorsus esse ac indicem, qui in Regio Tabulario nunc superest, hoc tamen discrimine, quod

ex tribus notis, quibus codices distinguuntur, numerus seriei ut plurimum sit apud Wolfium uno minor, veluti si post communicatum indicem codex additus fuerit in primo plutei loco, et caeteri uno gradu protracti. Tunc facile quisque rem instaurabit, si unum addat numero seriei. Sed interdum notae variant omnino ob alias permutationes; quomodo aliae aliis respondeant, tabella quaedam demonstrabit (17). Nunc haec laus detur Wolfio, quod illius opera codices nostri hebraici doctis viris innotescere coeperint.

VII.

Index Iosephi Romae.

Aliquot codices ex hac hebraica collectione (ne quid praeteream) memorantur in codicum taurinensium catalogo, quem edidit Montfauconus in Bibl. bibl. tom. II, pag. 1393. Hunc adfirmat doctissimus vir accepisse a bibliothecario taurinensi Josepho Roma (18); non igitur *acceperat a nescio quo imperito homine*, uti in praefatione Catalogi sui scripsit Pasinus qui in eiusdem Romae locum non multo post successerat.

VIII.

Pasini Catalogus editus, ac de eo iudicium.

Bencinio et Romae aequalis erat Abbas Josephus Pasini, seu, ut ipse latine scribit, Pasinus (19), qui natus Patavii in taurinensi Athenaeo hebraicam linguam et Sacram Scripturam docebat. Is est, qui Caroli Emmanuelis III regis iussu, coniunctis cum Iosepho Badia curis, lexicon latini italique sermonis digessit, quod valde probatum, atque unicum tot annos italicae iuventuti usui fuit. De temporibus etiam regis sui, apud quem gratiosus erat, com-

mentarios reliquit, qui autographi, atque in hac Bibliotheca adhuc inediti ab historiae subalpinae studiosis non parvi aestimantur (20). Ad bibliothecarii munus vocatus est anno MDCCXLV; successit autem Johanni Palatio, qui Josepho Romae successerat. Audens, uti videtur, et valde regis subsidiis fidens, statim catalogum codicum manu scriptorum, opus sane magnum, condere et vulgare instituit. Uti socium in Lexico, ita in catalogo concinnando sibi socios adiunxit Rivautellam et Bertam, eruditos viros, qui ipsi aderant in procuranda Bibliotheca. Verum ea festinandi cupiditate, qua natura accensus fuisse videtur, effecit, ut anno MDCCXLIX in lucem prodierint duo magna volumina, quae vix abhinc quadriennium, ex quo nempe bibliothecarii munere fungebatur, suscepisse credibile est. Sed non dubito, quin ea festinandi cupiditate, uti iam Lexicon, quod memoravi, sic novum opus numeris omnibus expletum minime evaserit (21).

Profecto in officiorum et partium distributione inter triumviros, quorum opera catalogus confectus est, pensum codicum hebraicorum describendorum nullius esse potuit, praeter quam Pasini, utpote qui, dum alii duo aliis studiis vacarent, ipse in hebraicis maxime versabatur, et solus fortasse ex collegis hebraica lingua eruditus erat. Attamen, quoniam res non omnino liquet, non audeo soli Pasino vertere, quae aut laudanda aut notanda fieri potuit, ut cum collegis quodammodo ei fuerint communia. Quapropter, quotiescumque editi catalogi mentio mihi facienda est, solum quidem auctorem Pasinum ex tribus nomino, sed non alia de causa, quam causa brevitatis, uti bibliographi solent; nomino autem principem, non ut sponsorem faciam, sed quia ipsemet auctoritate sua sponsor factus est pro collegis. Quod mihi semel monendum esse duxi.

Procul dubio editus codicum hebraicorum catalogus longe Bencinii indicem antecellit, tum quia tituli et epigraphae hebraice referuntur, tum quia codices fusius describuntur et docte alicubi illustrantur. Iam vero illius praestantiam et utilitatem nemo in dubium revocabit, si cogitet, centum et triginta annos mansisse praecipuum documentum, quo codices prioris collectionis apud exteros commendati sunt. Non ideo tamen opus absolutissimum dici potest; atque id primum animadvertendum est, quod sex et viginti codices Pasinus praetermiserit (22). Iure ex his tres praetermissi sunt, quia non manu, sed typis essent descripti, quamvis eadem de causa praetermittendi fuissent alii duo. Reliquos autem neglexisse videtur, quia lectu subobscuri vel auctorum nomine destituti vel minimis opusculis referti quamdam difficultatem afferent et opus retardarent. Verum, complura alia in eo indice desiderari saepius a doctis viris iactatum fuit, et omnino comprobarunt De-Rossius in operibus variis, Amedeus Peyron in notitia librorum Calusii, atque inter recentiores Steinschneiderus, Zunz, Berlinerus, aliique. Hi enim in eo sunt, ut passim taurinensem catalogum emendent. Plura sane emendassent, si codices omnes commodius inspicere potuissent. Nam catalogus ille nimiam, uti monui, festinationem testatur. Quae vero menda aut ex ipsa catalogi ratione aut ex una semper causa proficiscuntur, officii mei est hic summatim recensere.

1° Animadvertit Pasinus in praefatione, quod soleant Hebraei annum et diem in fine cuiusque libri notare. Id in causa fuit, cur ipse curam exemerit praefigendi, ut fit, saeculi notam uniuscuiusque codicis descriptioni. At vel inter codices hebraicos haud pauci omni temporis nota carent, quorum igitur probabilis aetas nullomodo ex catalogo apparet. Id si lectoribus displicere potest

de quocumque codice, multo magis displicet de biblicis, qui ex aetate aestimantur.

2° In iis codicibus, quibus annus et dies a librario appositus est, si annus sit hebraicus et dies ad quatuor priores menses referatur, non aeque semper Pasinus annum hebraicum ad christianum reducit, numquam aeque, si annus ismaëliticus sit seu arabicus (23).

3° Ex indice manu exarato Bencinii non pauca de verbo ad verbum descripsit Pasinus, nec tamen unquam de illo mentionem fecit, ita ut, quod ad Pasinum attinet, index Bencinianus exteros lateret. Eum sane memoravisset, uti existimo, si certior factus esset, non modo iam ex Wolfio innotuisse, verum etiam ab ipso partim editum esse in quarto volumine. At ille (quod valde quisque mirabitur) vix primum volumen Wolfii evolvit, et nihil omnino subsensit de taurinensium codicum recensione in quarto. Accidit ideo, ut Pasinus opera quaedam praedicet esse Wolfio aliisque ignota, quorum nuncium Wolfius ipse ex ipsis codicibus nostris, docente Bencinio, primus attulerat (24).

4° Vicissim ipsum Bencinii indicem, quem passim exscribere non dubitavit, prorsus neglexit aliquoties vir singularis. Nec sine detrimento id fecisse notat Steinschneiderus (25). Revera nunquam aut miram saeculi XV editionem (26) exhibiturus fuisset veluti librum calamo scriptum, aut id existimasset Almagestum, quod erat potius notissima ac pluries edita Maimonidis Logica (27), aut in alia peccavisset, de quibus recte Bencinius.

5° Solet Pasinus cum in titulis, tum in epigraphis hebraice exscribendis quaedam verba omittere, nec ullo modo lacunam significare. Neque id iniuria, si satis appareat ea verba minime conferre ad operis illustrationem, et brevitatis causa commode

omitti posse. Sed pariter omittit ea verba, quae aut legere, aut quid valeant arripere nequivit. Tunc fieri potest, ut sensus aliter omnino evadat. Unum proferam exemplum. Quis est, qui si titulo exscripto fidem praebeat, non existimet ad fol. 219 codicis olim A. II. 22, nunc A. VI. 34, exhiberi *epistolam Ascer Kalisnaphar ad Menachem?* Sed in titulo, quem affert, duo verba lectu sane difficiliora auctor catalogi praetermisit, quae si legas, titulus est huiusmodi: *Epistola, quam misit Abraham Klausner ad Menachem;* sic nomen *Ascer* in pronomen *quam* mutatur.

6° Complures Machazorim, seu Breviaria precum ex antiquiori collectione asservantur, quorum plerique ad ritum germanicum spectant, nec integram precum collectionem, sed tantum illius partem continent. Iam vero Pasinus nulla alia ratione hos libros definire solet, quam eos esse aut primam, aut secundam, aut tertiam partem Machazor. Sed hoc solo indicio nemo cogitet, se quodammodo factum esse certiorem de iis, quae in codice exhibentur. Nam nec antiquiora Machazorim, potissimum germanica, certis quibusdam partibus constitisse credo, neque aliquid certi Pasinus ipse statuisse videtur de distinctione Machazorim in partes. Revera e. g. vidit ipse primam partem Machazor in codice olim A. VI. 5, nunc A. I. 7, et tertiam in codice olim A. VI. 7, nunc A. I. 9; sed ambo codices easdem omnino preces tenent pro quibusdam sabbathis, festo Purim, Paschate et Pentecoste. In his multo diligentior fuit Bencinius, quem Pasinus sequi noluit.

Haec omnia animadvertenda mihi erant, non iam ut antiquum catalogum, qui diu studiosis profuit, in invidiam vocem, sed ut appareat et necessitas illum demum reficiendi pro novis subsidiis, et qua ratione sit emendandus.

IX.

Index Mabellinii.

Codices hebraici huius collectionis per classes digesti sunt a docto Mabellinio huius Bibliothecae custode (28). Est fere index pro materia ad Pasini catalogum. Inter manu scriptos codices nostros recentiores notatur P. IV. 16.

X.

Index ms. Israëlis Treves.

Iam gradum faciam ad catalogos alterius collectionis, nempe Calusianae, describendos.

Haec non integra statim, uti monitum fuit, sed partim una, partim altera vice Bibliothecae nostrae accessit. Iam vero codicum partem, quam vivus ipse Calusius dono dedit, Josephus Vernazza, quem laudavi, recensendam curavit ab Israële Treves ben Malkiel. Sunt duo parva volumina inter codices nostros recentiores notata P. IV. 14-15 (29), in quorum altero vir hebraeus hebraice codices describit, in altero, quae lingua sua expresserat, italice reddit. Omnia exhibet summatim, nihilque addit de codicis forma, materia, aetate, nihil de cuiusque praestantia. In eo tamen catalogus laudandus est, quod nonnullae epigraphae et personarum nomina lectu difficiliora nitide referantur. Quod fateor valde mihi profuisse.

XI.

Amedei Peyron, Notitia lib. Calusii absolutissima.

Postquam Calusius, iterato per haeredem dono, Bibliothecam novis libris locupletavit, Amedeus Peyron (30), iubente Magistratu

rei litterariae inter Subalpinos moderandae, conscripsit notitiam librorum manu typisve descriptorum, qui, magistro suo donante, in Regii Taurinensis Athenaei Bibliothecam illati sunt (31). In praefatione doctus vir testatur, se abhorruisse a libris describendis bibliopolae ritu, sed praesertim studuisse, ut aliquid novi in cuiusque libri recensione proferret. Opus non sine consilio in Germania vulgatum voluit; prodiit autem Lipsiae anno MDCCCXX in-4°, atque auctor id, quod sibi proposuerat, assecutus esse videtur. Iudicarunt enim Germani, quamque operis partem aliquid novi sistere. Exemplaria vero sic celeriter conquisita sunt, ut ne unum quidem nunc prostet.

Omnium primos in ea notitia recenset codices hebraicos manu exaratos, nec solum eos, qui prima, verum etiam qui altera vice dati sunt, sed pro instituto suo paucis attingit illos, qui opera iam nota exhibeant, fuse exponit, qui ad biographiam vel ad litterariam historiam faciant. Dolendum sane est, quod ob exhaustam exemplarium copiam et liber et ipsa Calusiana collectio complures ex recentioribus doctissimis viris lateat, in quorum numero venit ipse Steinschneiderus. Hic enim semel codicem Calusianum in catalogo librorum hebraeorum Bibliothecae Bodleianae memorat, sed ex De-Rossio; nunquam vero memoratam vidi notitiam illam, quam si auctor eximii illius catalogi nosset, non dubito, quin plurimi fecisset.

XII.

Index recens ms. in usum Bibliothecae.

Indicem codicum hebraicorum, supplementi instar ad Pasinum, equidem, ut meum munus fuerat in Bibliotheca, redegi; indicem nullius sane pretii, in quo opera alphabetico auctorum nomine

sic memorantur, ut in pluteo reperiri possint. Neque illius mentionem facerem, nisi publice iam factam esse ab externis videam. Quae sola mentio maior, quam par est, honor a me aestimatur.

XIII.

De novi Catalogi opportunitate.

Ex iis, quae disserui, iam illud manat, codices quidem omnes hebraicos Taurinensis Bibliothecae recensitos esse, non tamen simul, sed alios in aliis indicibus, alios alio modo, nec semper recte. Iam enim inter omnes constat, mendis scatere Bencinii et Pasini scripta. Neque ex singularibus catalogis, qui editi sunt, penitus notescunt doctis viris singulares collectiones, quibus hodierna constitit. Nam singulos quidem codices prioris collectionis descripsit Bencinius in indice, sed vix indicis partem Wolfius in lucem emisit; reliqua pars delitescit in tabulario. Nec singula eiusdem collectionis volumina, nec singula eiusdem voluminis opuscula in edito catalogo recenset Pasinus, nec raro aliud opus nunciat ab eo, quod extat. Absolutissimam sane Calusianae collectionis notitiam vulgavit A. Peyron; sed accidit etiam, ut propter optimi libri exemplaria dilapsa nunc pauci illius habeant notitiam. Statim igitur elucet novi catalogi edendi opportunitas, in quo tandem codices hebraici quotquot nobis sunt ex duabus collectionibus, quas memoravi, ordinatim, atque una eademque forma accuratius recenseantur.

Ut opus ipse adgrederer, iamdiu me impellebat ipsius operis praestantia; valde impellunt rationes quaedam meae.

Iam vero cum tot annos in Taurinensi Bibliotheca inter alia iniuncta mihi munera illud praecipuum obiverim codicum curan-

dorum, complura de iis aut data occasione fere quotidie adnotavi, aut horis subsecivis in mei usum diligentius elaboravi, quae demum inter senectutis otia in ordinem redacta edere statui. Sunt enim, quae ad peculiaria mea studia, praesertim graeca, pertineant, et valde mihi cordi sint. Nollem sane rerum seriei solos codices hebraicos deesse. Quod si adsint, ab iis exordiendum esse video, ut inde, sicuti linguarum ordo postulat, ad codices, in quibus nempe diutius me exercui, graecos, latinos, aliove sermone exaratos describendos gradum faciam.

Hunc igitur catalogum pro viribus conficere decrevi. Equidem non diffiteor, hebraicas literas, quas me Amedeus Peyron patruus meus, atque insignis orientalium linguarum professor summa benevolentia docuit, quas iuvenis non indiligenter colui, diu postea intermisisse, ne dicam reliquisse, ut me totum conferrem ad alia studia, quae nunc mea prae hebraicis adpellarem. Iam nesciebam, an tanto intervallo plane hospes factus essem in hebraicis disciplinis. Sed propter magistri diligentiam, qui res animo meo veluti defigebat, haud mihi difficile visum est eas revocare, neque is sum, ni fallor, qui prorsus me abstinere cogerer ab opere suscipiendo, quod tam multa suadebant ut susciperem, tam multa etiam facilius reddebant. Codices enim describo iam ab aliis descriptos, sic nonnulla in edito catalogo emendo, uti iam expertissimi viri emendanda esse dixerunt, notitiam librorum Calusii ex ipsa Amedei Peyroni notitia repeto; cuius rarissimae opellae si quis novam emitteret editionem bene sane mereretur de his studiis. Partem igitur laudis adquisiturum esse spero, si partem libri rursus vulgavero. Huc accedunt recentiora subsidia ex recentioribus operibus bibliographicis, ita ut novum catalogum aggressus non fuerim sine ulla spe boni eventus.

XIV.

De ratione huius Catalogi.

Remanet, ut qua ratione rem perficere studuerim aperiam. Haec primum in mentem venerat cogitatio, opus omne iam esse paratum, si Pasini catalogum emendatum et auctum, simul atque notitiam librorum Calusii diligenter rescriptam cum notis ederem. Sed statim vidi, fieri non posse ut duo tam diversa opera in unum apte coalescerent. Quis autem Pasini catalogum in singulis, quae corrigenda et supplenda sunt, corriget ac supplebit, quin ille sic immutetur, ut neque amplius sui auctoris, neque alterius esse videatur? Penitus reficere et verecundius duxi, et multo commodius expertus sum. Profecto non idem cogitavi de notitia librorum Calusii, qua nihil melioris ipse supponerem, quam cum fide vulgare non modo mea in dulcissimum auctorem observantia, sed aliorum expectatio iubet. At Amedeus Peyron digna tantum, in quibus elaboraret, protulisse fatetur, atque ideo minutiora omisit, quae diligens bibliographus persequitur. Non equidem ea omittere possem, qui bibliographico praesertim more codices describere institui. Neque pariter omnia possem ad unam formam redigere, nisi quaedam immutavero. Nonnulla igitur vel in praestantissimo opere addenda esse, nonnulla etiam parum immutanda animadverti.

Quae cum ita sint, ut et aliorum et meis rationibus consulerem, en quomodo opus omne exegi. Catalogum Pasini omnino refeci; nec semper moneo, in quo nam potissimum illius recensio a mea differat; moneo tamen aliquoties, et tunc praesertim, cum discrimen fere incredibile sit. Notitiam librorum Calusii ab

Amedeo Peyrono sic repeto, ut quae doctissimus vir doctissime et fuse disseruit, diligenter exscribam, quae vero levissima sunt et ad solam formam attinent, ea parum varie aut disposita aut concinnata exhibeam. Nihil sane demo; sed quaedam passim addere necesse fuit. Revera addidi hebraice titulos aliquot atque epigraphas, quas nisi latine A. Peyron referre non solet; addidi pro instituto meo quaedam operum specimina; addidi quasdam animadversiones ex recentioribus scriptis atque operum editionibus. Sic effecisse videor, ut omnia in unum opus conveniant, simulque ut in iis, quae praecipua sunt, non meum, sed illustris viri scriptum, quod eruditi expostulant, iis praesto fuerit. Attamen si quis mirabitur et culpae dabit, quod in rem alienam ac fere sacram invaserim, eaque utar pro arbitrio tamquam mea, respondeo, nec iniuria hoc fecisse, nec irreverenter, sed quod aliis fortasse minime licuisset, id mihi licere ratum esse. Non enim dubito, quin si adesset suavissimus ille, qui mihi scientiae suae, aliarumque rerum omnium copiam fecerit, mihi audaciori et sua usurpanti benevole, uti solebat, subrideret. Res enim adhuc est omnino inter domesticas parietes.

Hisce constitutis, codices recenseo pro ordine, quem in pluteo servant. Quod magis in promptu visum est; nam index, quem locupletissimum perficiam, satis opera quaedam eiusdem generis, uti biblica et libros precum, sub uno titulo collecta cuivis demonstrabit. Recentibus codicum notis priores subtexo. Hinc statim apparet, utrum codex ad Ducum collectionem, an ad Calusianam pertineat, utrum in Bencinii et Pasini catalogis, an in Peyroni notitia librorum Calusii iam antea sit descriptus (32). Codicum materiem, aetatem sive probabilem, sive certam, characteris genus, voluminis formam renuncio. Eum autem foliorum nu-

merum indico, qui, praetermissis vacuis, et ad summum marginem cuiusque codicis recentiori nota arabica signatus est, et in prioribus catalogis refertur (33).

Ad latinam hebraicarum vocum orthographiam quod spectat, hanc mihi legem constitui, ut hebraicae eae litterae, quibus aequivalentia apud nos signa alii aliter exprimere solent, a me, nisi insint nominibus propriis, redderentur sic:

ה = *h*	פ = *p*, *ph*, *f*
ח = *ch*	צ = *tz*
ט = *t*	ק = *k*
כ = *c*	ש = *sc*
ע = *ñ*	ת = *th.*

Nequeo tamen adfirmare, me adeo constanter hanc legem observasse, ut ne semel quidem ab ea recesserim; fieri enim potuit, ut vel peculiares causae recedendi suppeterent, vel, quod veniae mihi detur, in folio iam impresso quaedam emendare non licuerit ad formam, quam meliorem postea existimavi, adhibuique. Profecto non ad hanc rationem exegi nomina propria; puduisset enim scribere *Iañakov, Itzchak*, *Ñezra*, sed recepto more apud Italos scribo: *Iacob*, *Isaac* vel *Isaak*, *Ezra*, aliaque huiusmodi. In iis vero latine exhibendis hebraicam formam indeclinabilem retinere satius duco; ubi tamen ea forma sermonis perspicuitati nimis officere visa est, nomina declinavi, ut scribam e. g.: *Commentarius Samuelis Ibn Tibbon*. Multo diligentiores video fuisse complures ex recentioribus in servandis regulis, quas semel de orthographia sibi proposuerant.

Nullus est catalogus, quem non consuluerim, ex nostris, quos supra memoravi. Nec parum Bencinius mihi profuit; quamplu-

rimum profuit Pasinus. Porro non opus est admonere, me Wolfii, De-Rossii, aliorumque probata opera, quae manibus omnium teruntur, adivisse. Paucas ex recentiorum elucubrationibus de rebus hebraicis mihi potui comparare; eas, quas potui, libens adhibui. Sane maximi auxilii fuit catalogus librorum hebraicorum Bibliothecae Bodleianae, in quo eruditissimus et diligentissimus Steinschneiderus notitias fere innumeras paucis perstringit. Anxie illius expectabam catalogum, quem pollicitus est, codicum manu exaratorum. Demum ut tutius progrederer, Samuelem Ghironem, qui sacras Hebraeorum res Taurini procurat, rogavi, ut ea qua pollet doctrina biblici et rabbinici sermonis, si quid mihi subobscurum esset, si quid characteres minutiores oculis iam fessis contenderent, ipse ostenderet, tum ritus quosdam explicaret, preces in Machazorim definiret. Indulsit ille libentissime, et tam sedule quod petieram praestitit, ut non modo publice ei gratias agam, sed in iis, quae ad hebraicum textum spectant, adiutore me usum esse declarem.

XV.

Conclusio.

Quo nam consilio hebraicorum catalogum susceperim, quibus praesidiis, qua ratione perfecerim, superius exposui. Iam illum in lucem emitto, ea etiam spe, fore ut opportunitate et diligentia, si minus praestantia, se tueatur. Quod si vita, viresque mihi contigerint, ut quae excogitavi expleam, alia deinceps de reliquis codicibus Taurinensibus commentaria evulganda curabo. Quorum voluissem profecto, ut potius comes, quam praecursor catalogus hic meus esset, non modo quia opus suis partibus absolutum

exiret, sed quia ex iis, quae prolaturus sum, quum non pauca ad res magis mihi familiares attingant, et manu securiori elaborata videantur, fere non dubitarem, quin eorum causa benignius ipse exciperetur. Sed aetas iubet me adproperare. Quoniam igitur catalogus hebraicus et solus et primus omnium prodit, ita ut aliquibus et nimis fidens et morae impatiens esse videatur, de illo, uti aequum est, iudicent eruditi.

NOTAE ATQUE ADDITAMENTA

(1) Signa *A* et *a* in prioribus catalogis aeque pollent ad designandum unum eumdemque pluteum; nunc hisce duobus signis duo plutei designantur.

(2) De biblicis taurinensibus codicibus haec habet Amedeus Peyron in *Not. lib. Cal.*, p. 6 ad cod. III, nunc CXVI, A. IV. 34: « Qui hunc aliosque » biblicos codices contulerit, deprehendet complures lectionis varietates; at » eiusmodi ergastuli opus nec equidem suscepi, nec accurate perfectum fuisse » reor ab iis, qui gratificaturi Kennicotto et De-Rossio collationem codicum » exterarum bibliothecarum instituerunt. Ipse frequenti manu versans Tau- » rinenses codices Kennicottianae collationis facile animadverti vix partem » vicesimam varietatum adnotatam fuisse a Taurinensi collatore, qui tamen » affirmabat *sulla parola di uomo d'onore, che nulla non ho ritrovato d'es- » senziale nelle note varianti: tutta la differenza consiste in alcuni* vav, *o* » iod: *non mai alterarsi il senso del testo comune: grande essere stata la » fatica: generosa l'Inglese ricompensa: ma il giuoco non valeva la can- » dela!* (1). Dii vestri fidem! Solus Kennicottianus 250 amasorethicus im- » mensam segetem offert varietatum seu inauditarum, seu ad antiquas ver- » siones inclinantium, ut alios vetustiores codices omittam caliginantibus » oculis sublectos a collatore Taurinensi. Nec felicior De-Rossius (2), qui » sibi blandiebatur novam, eamque integram collationem a Taurinensibus » accepisse. Aequior P. Porta suam in conferendis Ambrosianis codicibus » diligentiam prudenti silentio dubiam reliquit (3). Utinam vero collatores » summa cura adnotassent scripturas omnes plenas et defectivas: praeca- » vissent enim, ne Kennicottus impiam in Canticum Canticorum ferret » sententiam!

---

(1) *Epistola P. Ansaldi ad Fabricy*, quam vide in huius *Titres primitifs de la révélation*, t. II, p. 512.
(2) De-Rossi, *Var. Lect.* t. I, p. LXXIV, ad cod. 251.
(3) Vide eum in Fabricy laudato.

„ Hic cum animadvertisset (1) nomen Davidis defective scribi דוד in libris „ Ruth, Samuelis, Regum, Psalmorum, Proverbiorum, Esaiae, Ieremiae „ et Ezechielis, at plene דויד in libris Chronicorum, Esdrae, Nehemiae „ et Zachariae, ratus ex consensu librorum nostrae aetatis arguendam esse „ in tantilla re lectionem autographorum (2), haud veritus est affirmare or- „ thographiam דוד obtinuisse usque ad captivitatem, reduces vero Iudaeos „ coepisse usurpare novissimam scripturam דויד. Quid tum? Ergo liber Can- „ tici Canticorum semel cap. IV. 4, exhibens omnibus in codicibus (3), adeo- „ que in autographo, nomen דויד plene scriptum arguit auctorem Esdrinae „ aetatis. Quî enim Salomon caetera diligens in servanda pristina nominis „ scriptura, solo in Cantico orthographiam usurpasset necdum inventam? „ atque haec Kennicottus. Eum verbis, non solidis argumentis refutavit P. „ Fabricy (4). Equidem rem omnem sic reputo. Falsus est Kennicottus exi- „ stimans omnia exemplaria Cantici plenam scripturam דויד exhibere, sex „ namque Taurinenses codices defective legunt, quin earum lectio vel a „ Kennicotto, vel a De-Rossio observata fuerit; hinc licet augurari, quot „ aliarum bibliothecarum codices parem scripturam praeferant. Meminerit „ autem doctissimus Anglus sibi satis fuisse tres codices, ut tamquam insititia „ reiiceret nonnulla verba vexatissimi loci I, Sam. VI, 19. Quae cum ad illum „ refellendum abunde sufficiant, tum a pluribus abstinerem, si dissimulare „ vellem auctoritatem Masorae, quam pro re sua eruditus vir laudare po- „ tuisset. Enimvero illa sive ad I Reg. XI, 4 sive ad Ezechiel XXXIV, 23, „ monet: דויד *quinquies plene in biblia occurrit, loca autem sunt I Reg. III, „ 14; XI, 4, 36. Ezech. XXXIV, 23; Cantic. IV, 4; plenam etiam scriptu- „ ram sequuntur prophetae minores, Esdras, et libri Chronicorum.* Masora „ iudice ratum itaque sit antiquos et probatiores libros plene in Cantico „ legisse דויד, eandemque orthographiam obtinuisse in libris captivitati poste- „ rioribus, licet prisca דוד non obsoleverit, uti evincunt Targumim. At nonne „ Hoseas III, 5, atque Amos VI, 5; IX, 11. Esdram aetate praecurrunt? atqui „ isti plene habent דויד. Porro liber Regum si Esdram habet auctorem, cur „ plerumque defectivam scripturam usurpat, si virum captivitatem non exper- „ tum, cur ter scribit plene דויד? Nisi ergo Kennicottus velit haec loca fuisse a „ librariis exacta ad novitiam orthographiam, quod cum ipse de Canticorum „ loco affirmare possem, tum iure non dixerit Anglus solitus ex summo codi-

---

(1) *Kennicott the state of the printed Hebrew text.* Oxford 1753, p. 20.

(2) *This difference seems to have obtain'd originally, because it has been almost universally observ'd in every edition to this day,* ibid.

(3) *Invariably, I believe, in all copies,* p. 22.

(4) Fabricy, *Des Titres primitifs de la révélation,* t. II, p. 481.

» cum consensu arguere lectionem autographi, necessario statuere debet
» plenum scribendi genus obtinuisse, Masora teste, vel ante captivitatem.
» Lectionem vero Canticorum equidem non a Salomone, sed ab iis qui post
» captivitatem recensuerunt textum biblicum, repeto. Namque cum voca-
» bulum דוד *dod, dilectus, charus*, centies offenderent in Canticorum libro,
» tum veriti, ne quod semel occurrebat דוד *David* itidem legeretur *dod*, np.
» *dilectus*, matrem lectionis *iodh* inducendam esse putarunt. Prudentissime
» itaque a sequioribus Judaeis inductam esse eiusmodi literulam puto ad
» praecavendam homonymiam, vel eo maxime quod scriptura דויד non
» abhorreret ab aliis scripturae locis. »

(3) « Indice de' Libri Manoscritti Ebraici, Greci, Latini, Italiani e Francesi
» i quali la R. M. del Re di Sardegna ha tolti dal suo Regio Archivio per
» rendere riguardevole la Biblioteca della sua Regia Università di Torino
» ed ha ordinato sian depositati nella Camera alla Biblioteca medesima vicina.
» I medesimi si sono ordinati in Armarj distribuiti i primi secondo le lingue
» Ebrea, e Greca. Il restante secondo le classi, e materie che trattano. Da
» Francesco Domenico Bencini Ab. Commendatario perpetuo di S. Ponzio
» di Nizza, e Prefetto dell'Archivio e Biblioteca della Regia Università ».

Ad calcem voluminis haec leguntur: » Io sottoscritto dichiaro, che tutti
» i manoscritti registrati in quest'indice di fogli 654 sono gli stessi e mede-
» simi, che per Ordine di S. R. M. sono stati trasmessi, e consegnati a questa
» R. Biblioteca. E perchè stavano tutti in confusione sono stati posti per
» ordine di materie e nello stesso tempo se n'è composto l'Indice presente,
» che si manda per la dovuta cautela nel Regio Archivio. Dalla Biblioteca
» della R. Università di Torino questo dì 19 agosto 1732. » Sequitur nomen autographum Bencinii, cui subiungitur hoc nomen: *Poesio assistente alla R. Biblioteca.*

(4) *Codices manuscripti Bibliothecae Regii Taurinensis Athenaei per linguas digesti, et binas in partes distributi, in quarum prima Hebraei, et Graeci, in altera Latini, Italici, et Gallici. Recensuerunt, et animadversionibus illustrarunt Josephus Pasinus Regi a consiliis bibliothecae praeses, et moderator, Antonius Rivautella, et Franciscus Berta eiusdem bibliothecae custodes etc. Taurini, MDCCXLIX. Ex typographia Regia; 2 vol. in-fol.*

Codicum notae in hoc edito catalogo eaedem sunt, ac quae extant in Indice Bencinii manu exarato. Variat numerus romanus, quo indicatur codicum series in utrisque catalogis ob variam rationem, qua ex materie codices distributi sunt.

(5) Sex volumina, quae iamdiu codicum hebraicorum collectioni perperam inserta erant et nunc demum in suas classes translata sunt, recensebo sub nota, quam olim inter hebraicos codices referebant:

I. A. I. 2 (Wolf. A. I., 1). In uno volumine duo libri simul compacti sunt, iique typis impressi, nempe:

1° *Jedaiae Appenini*, בחינת העולם [Bechinath hañolam] *Examen mundi.* Sine anni et loci nota, sed impressum Mantuae per Estellinam uxorem Abrahami Conati, anno a C. N. 1476-1480. Chart. In-4° min.

2° *Jehudae dicti Messer Leon*, נפת צופים [Nofeth Tzufim] *Distillatio favorum.* Sine anni et loci nota, sed Mantuae apud Abrahamum Conatum paullo ante annum a C. N. 1480. Chart. In-4° min. — Hoc volumen veluti manu exaratum recensent Bencinius, *Ind. ms., Cod. II*, Wolfius, t. IV, pag. 827 et 834; Pasinus *Cat., tom. I, pag 21, Cod. LIX.* Sed illud typis esse impressum docuit De-Rossius, *Ann. hebr. typ. saec. XV, pag. 110 et 113.* Nunc inter editos saeculo XV libros notatur IV, 158.

II. A. I. 13. *Jacob ben Ascer*, ארבע טורים [Arbañ turim] *Quatuor Ordines.* Impressi Plebisacii, anno $\overline{V}$, CCXXXV (a C. N. 1475). Mem. In fol-min. — Rarissima atque mira editio, cuius praeter nostrum vix alia tria exemplaria mihi innotescunt; alterum, quod De-Rossius, alterum quod Cardinalis Zelada possederat et nunc Vaticana Bibliotheca possidet, tertium, quod in Bodleiana Bibliotheca asservatur atque a Steinschneidero describitur. Nostrum recensent Bencinius, *Ind. ms., cod. XII*, et Wolfius, tom. IV, pag. 864, n° 1024; animadvertunt autem non manu exaratum, sed typis impressum esse. Attamen Pasinus, qui Bencinium ad hunc locum minime legisse videtur, et Wolfii indicem in tomo quarto non noverat, codicem manu scriptum existimavit, atque veluti manu scriptum recensuit *Cat., tom. I, pag 2, Cod. V.* Rursus itaque de rarissima editione monuit De-Rossius, *ann. hebr. typ. Sec. XV, pag. 8*, certior etiam factus a Berta, qui cum Pasino auctor fuerat catalogi, atque in eius locum successerat. Iam vero exemplar hoc nostrum, utpote rarissimum et pulcherrimum, inter alia italica monumenta Lutetiam Parisiorum a Gallis devectum fuit primis huius saeculi annis. Verum post Napoleonem I imperio deturbatum liber anno MDCCCXV ad pristinam sedem rediit. Non multo post auctor operis, cui titulus: *Catalogue des livres imprimés sur vélin de la Bibl. du Roi. Paris, 1822, in-8°*, exemplar nostrum diligenter recensuit, atque haec subiunxit: *L'exemplaire de la Bibl. du Roi...... qui venoit de Turin, a été enlevé en 1815.* Vocabulum *enlevé* omnino est

improprium atque expungendum. Nam volumen iure belli victores deportarunt, atque nostri, quod suum erat, recuperarunt eodem iure.

III. A. I. 35. Sic describitur a Bencinio, *Ind. ms., cod. C.*: « Il Cod. è in C. O. » (*carta ordinaria*) in-12°, ha fol. (?). Impressus Venet. Selomo Asciom. » I. Praemittitur epistola R. Jonada data an. 5360, 22, Eyar. II. Tractatus » moralis emblematicus. Annus praedictus 5360 aerae mundianae Judaicae » respondet aerae vulgari 1568 (sic) ». — Quod nam opus sit, non bene intelligo. Id sane constat, librum typis, non calamo fuisse descriptum. Hinc extat procul dubio inter editos hebraicos post saeculum XV, nescio quomodo recensitus in novo catalogo. Illum praetermisit Pasinus.

IV. A. II. 18. *Salomonis Urbini ben Abraham,* אוהל מועד [Ohel Moñed] *Tentorium conventus.* Venetiis, Giustiniani, 1548. In-4°. — Recensuit Bencinius, *Ind. ms. cod. XLVIII,* ac monuit librum esse impressum. Praetermisit Pasinus. Nunc inter editos hebraicos VII, 38.

V. A. V. 21. *Mosis Maimonidis,* מורה נבוכים [Morèh nevuchim] *Doctor perplexorum.* Venetiis, Aloysius Bragadinus, an. 311 (1551). In-fol. — Rencensuit Bencinius *Ind. ms. cod. CL,* ac monuit de impressione libri. Nunc inter editos hebraicos.

VI. A. IV. 8. *Menaeum (September, October, November, December) ex ritu russico et russice conscriptum.* Ms. chart., saec. XVI, fol. 341. In-fol. — Recensuit Bencinius, *Ind. ms. cod. CVIII*, sic: « Il cod. è in C. O. in » fol., ha fol. 341. I. R. Salomonis Sickem Com. in Isaiam et alios Pro- » phetas. II. Comment. in Proverbia. III. Comment. in Cantica Canticor. Charactere Armeno ». Perperam omnino. Bencinium exscripsit Pasinus, *Cat. t. 1, pag. 7, cod. XXII.* Nunc codex *a.* II. 3.

(6) Thomas Valperga Calusius, nobili stirpe ortus, multis disciplinis et linguis excultissimus, linguarum vero Orientalium in Athenaeo taurinensi professor, quamplurimos libros et manu exaratos et saeculo XV impressos, vel alia nota praestantes dono dedit bibliothecae nostrae anno 1809. Munus explere in animo ei erat, addendo codices et libros, quos aut sibi retinuerat, aut noviter adquisiverat. Id consilium patefecit in testamento vix inchoato, quod tamen Carolus Masinius fratris nepos et haeres ratum esse voluit. Hinc Amedeus Peyron, qui Calusio usus erat magistro suavissimo, qui morientis spiritum exceperat, et testamenti curator constitutus fuerat, effecit, ut libri, quos legaverat, paullo post illius mortem bibliothecae accederent. Obiit Calusius nonis april. anno huius saeculi XV.

1-c Peyron, *Cod. hebr.*

(7) *Notitia librorum manu typisve descriptorum, qui donante Ab. Thoma Valperga-Calusio V. Cl. illati sunt in reg. Taurinensis Athenaei Bibliothecam. Bibliographica et critica descriptione illustravit, anecdota passim inseruit Amadeus Peyron in eodem Athenaeo Theol. Colleg. Doct. et Linguarum Orientalium professor.* Lipsiae, Weigelius, 1820. In-4°.

(8) *Petri D'Orville Jurisconsulti Poëmata.* Amstelod, 1740, 8°, pag. 234, ubi legitur *Elegia in Piconum Taurinensem Bibliothecarium.* Ridet poëta hominis inscitiam, helluationem, nomen, os, cultum in eo etiam quod, uti erat consuetudo illius temporis: *cauda nigris setis texit equina caput.* Sic autem expressa est illius imago in tabella, ut risum moveat. Carmen hoc memorat A. Peyron in *Notizia dell'Archivio d'Ivrea, Torino, stamp. R. 1845, in-12°, p. 3,* ea mente, ut morem, qui tunc vigebat, denegandi codices externis viris omnino improbet. Iure quidem; sed Piconum excuso necessitate coactum, D'Orville minime excuso obtrectatorem.

(9) CODICUM DISPOSITIO EX BENCINIO.

Ordo plutei superior	A.	I. 1-38, rep. n° 36	Codd. N.	39	*Minima voll.*
		II. 1-46 "	"	46	
		III. 1-25 "	"	25	
		IV. 1-25 "	"	25	
		V. 1-37 "	"	37	
		VI. 1-22 "	"	22	
		Extra ordinem		1	
			Codd. N.	195	

DISPOSITIO HODIERNA.

		VII. 1-56	Codd. N.	56	
		VI. 1-49	"	49	
		V. 1-43	"	43	
		IV. 1-38	"	38	
		III. 1 33	"	33	
		II. 1-29	"	29	
Ordo plutei inferior	A.	I. 1-20	"	20	*Maxima voll.*
Pluteus	a.	I. 1-5, 12	"	6	
			Codd. N.	274	

(10) Vide superius notam 6.

(11) Josephus Vernazza, Albensis, natus die decima Januarii anno 1745, sodalis Regiae Academiae Scientiarum Taurinensis, a Consiliis Regis, historiam subalpinam et genealogias familiarum illustravit, bibliographiae potissimum operam dedit, atque ineunte hoc seculo bibliothecarii vicarius fuit cum munere historiae et artis criticae docendae. Obiit die vigesima secunda mensis Maii, anno 1822. De illo scripsit Boucheronus in Actis Regiae Acad., et Claretta, *Della vita e degli scritti di G. Vernazza*. Torino, 1862. In-8°.

(12) Josephus Antonius Arrius, Astensis, sodalis R. Academiae Taurinensis, bibliothecae custos, linguas Orientales coluit, ac de lingua Phoenicum scripsit. Decessit Taurini die secunda Septembris anno 1841. Insequenti anno in munus, quo ille functus est in bibliotheca, equidem vocatus fui.

(13) In quodam primo indice, a Bencinio digesto qui nunc inter codices nostros manu exaratos signatur P. I. 1., Bencinius haec habet: *In questo primo indice si seguita l'ordine come sta nell'indice vecchio*. Sed hebraici codices in eo omissi sunt.

(14) Indicem catalogorum, de quibus fusius dixi, compendiose exhibeo:

1° *Codex noster A. VII.* 56. — Vix memorandus.

2° *Index ms. Bencinii.* — Continet priorem collectionem. In Regio tabulario servatur. Illius titulum vide sub nota 3.

3° *P. Roma, Index apud Montf. Bibl.*, t. II, p. 1393.

4° *Catalogus Pasini editus.* — Continet priorem collectionem, omissis sex et viginti codicibus, de quibus vide inferius notam 22.

5° *Mabellinii, Codices hebraici per classes digesti (prioris collectionis).* — Vix titulus operum.

6° *Israël Treves, Libri in lingua santa dati in dono dal Caluso.* 2 vol., in-4° parvo. Continet eos tantum codices, qui prima vice dono dati sunt. Inter codices nostros P. IV. 14-15. Titulum vide sub nota 29.

7° *Amedeus Peyron, Notitia Librorum Calusii.* — Continet omnes codices, qui a Calusio dono dati sunt. Vide titulum sub nota 7.

8° *Index ms. Codicum hebraicorum, qui non recensiti sunt a Pasino.* — Equidem digessi iamdiu ad usum bibliothecae. — Memoranda etiam est *Steinschneideri, concordantia notarum Pasini cum Wolfio. — Cat. lib. Bibl. Bodl.* ad vocem *Pasinus*.

(15) Vide superius notam 3.

(16) Hoc sit specimen rationis, qua Bencinius codices describit, sumptum ex descriptione codicis primi (*Pas. Cat.* Cod. LVIII. In nostro Cod. CCXXIV.

» *Cod. I. Anonymus in Mishnaiot.* A. I. 1.
» *Il Cod. è in carta ordinaria in-4°, foglij 366.*
» I. *Sermones morales.*
» II. *Ben azai. Tractatus moralis.*
» III. *Rabbi Aigheon. Rituale cum orationibus.*
» IV. *Anon. Commentarij ad Mischna, seu ad Ritualia Hebraeorum.*
» V. *Anon. Tumhà. Liber Immunditiarum.*
Desideratur nomen interpretis Kalonymi, sed illud patet ex codice nostro CLXXIII, A. VI, 10, aliisque. Averrois Expositio incipit: המאמר הראשון: זה המאמר כונתו הראשונה לחקור מן הסבה ההיולהנית הראשונה המשותפת לכל הנמצאות הטבעיות. Ad calcem opusculi Averrois (fol. 404): והיתה השלמתי בעשיית הבאור הזה יום שבת ראשון לחדש רגב שנת תקסה לחשבון ישמעאל וזה במדינת אשביליאה וכבר יש לי בהמון (?) באור עשיתיו בימי הנערות והוא קצר וראיתי עתה לעשות זה הבאור יותר שלם ואני נעזר באלהים לשלים באור שאר הספרים: « Et » fuit finis meus in perficienda hac expositione die Sabbathi, primo mensis » Rageb, anno 565 secundum computationem Ismaëliticam (a. C. N. 1169) » et id in civitate Scivilia; et olim ex multis, quas habui, expositionem » quamdam confeci diebus iuventutis, et erat brevis, et constitui nunc » conficere hanc expositionem magis absolutam, et det mihi Deus, ut ex- » plere valeam expositionem caeterorum librorum ». Idem Averrois opus ex Kalonymi versione, sine commentis Gersonidis, extat et in memorato codice A. VI, 10, et in altero A. V, 19. De Commentario Gersonidis inedito confer De-Rossium, *Ms. Cod. hebr.*, t. I, p. 97, ad cod. 146, ubi Bartoloccius et Wolfius emendantur. Ad illius calcem in codice nostro haec legitur epigraphe: ובכאן נשלם זה הביאור והיתה השלמתו בחדש

חמוז של שנת אחת ושמנים לפרט האלף הששי והתהלה לאל...:
" Et hic explicit haec expositio, et fuit finis eius mense Thamuz, anno " octogesimo primo, min. supp. sexti *millenarii* (a. C. N. 1321). Laus " Deo etc. ".

Fol. 406. *Averrois*, *Compendium libri Aristotelis de Coelo et Mundo*, *a Salomone Aben Iob hebraice redditum*.

Titulus: השמים והעולם לארסטו' באור בן רשד. Inc. אמר כונת ארסטו' בזה הספר לדבר בעולם ובחלקיו הפשוטים: Ad calcem opusculi (fol. 436): השלמתי אני שלמה בר' יוסף בן איוב זצ"ל העתקת הספר הזה והוא ספר השמים ועולם לארסטו' ביאור בן רשד בשנת חמשת אלפים ותשע עשרה ליצירה במדינת בדרש: " Complevi ego Salomon fil. Iosephi, fil. Iob. fel. " mem. translationem huius libri, qui est liber de Coelo et Mundo Ari- " stotelis ex expositione Ben Rasciad, anno 5019 ab orbe condito (a. C. " N. 1259) in civitate Badras ". Wolf. III, 14; De-Rossi, *Ms. Cod. hebr.*, I, 112, cod. 171. Idem opus continetur in codice nostro CCIII, A. VI, 40. Nomen huius interpretis sic scribitur a Steinschneidero, *Cat. Bodl.* p. 1578. *Salomo b. Ioseph Ibn Aiub*.

Fol. 436[b]. *Averrois*, *Expositio libri Aristotelis* החויה וההפסד *de generatione et corruptione*, *interprete Kalonymo fil. Kalonymi*.

Praemissa libri summa, incipit opus: ... אמר שהכונה אשר כון הנה ביאור הסבות הכוללות לכל מה שיהיה ויפסד בטבע: In fine (fol. 449[b]): נשלמה העתקת זה הביאור בתשעה במרחשון ע"ז לפרט והעתקתיו אני קלונימוס בר' קלונימוס בר' מאיר בשנת שלשים משנותי: " Absoluta est translatio huius Expositionis die 9 " Marchesvan, anno ab orbe condito 77, min. supp. (a. C. N. 1316), et " transtuli illam ego Kalonymus fil. R. Kalonymi, fil. R. Meir trigesimo " anno vitae meae ". Idem opus continetur in Codice nostro CCXI, A. VI, 48, ad fol. 57.

Fol. 450. ביאור המאמר הראשון מספר הנפש לארסטו'. *Averrois*, *Expositio in Aristotelis librum de Anima* (*ex versione Mosis fil. Samuelis Tibbonidis*).

Inc. אמר מפני שראיתי כי הידיעה העיונית מן הדברים המעולים
Ad calcem opusculi (fol. 466*b*): כאן נשלם המאמר הזה ובהשלמתו נשלם הספר והעתקתיו אני משה בר' שמואל בר' יהודה בן תבון ז"ל מלשון הגרי ללשון עברי ונשלמה העתקתו שנת חמשת אלפים ואחת ועשרים ליצירה לג' לעומר: „ Heic explicit „ tractatus hic, et una cum eo explicit liber, et transtuli illum ego Moses „ fil. R. Samuel, fil. R. Iudae, fil. Tibbon, fel. mem. ex lingua arabica in „ linguam hebraeam, et expleta est illius translatio anno 5021 ab orbe „ condito 33 omer (a. C. N. 1261) „. Confer De-Rossium, *Ms. Cod. hebr.*, t. 3, p. 18, Cod. 935, p. 101, ad Cod. 1210, cum quo consentit noster in statuenda interpretis epigraphe. Idem opus ex versione Zerachiae fil. Isaaci vide in Cod. LXXVI, A. III, 27, fol. 92.

Fol. 467. ספר הצמחים דברי ארסטו'. *Aristotelis liber* tzemachim, seu de germinibus, vel plantis, *hebraice redditus a Kalonymo fil. Kalonymi.*

Inc. אמר אריטוטליס בהיות נמצא בבעלי חיים ובצמחים
In fine (fol. 470*b*): נשלם המאמר השני מספר הצמחים ובהשלמו נשלם הספר ותהלה לאל והעתקתיו אני קלונימוס בר' קלונימוס בר' מאיר ונשלמה העתקתו בשמונה ימים בניסן שנת ע"ד לפרט: „ Completus est tractatus secundus libri de germinibus, et simul completus „ est liber. Laus Deo. Transtuli eum ego Kalonymus fil. R. Kalonymi „ fil. R. Meir, et completa est eius translatio die 8 Nisan, anno 74, min. „ supp. (a. C. N. 1314) „. Eamdem omnino epigraphen retulit latine De-Rossius, *Ms. Cod. hebr.*, t. I, p. 141, Cod. 216.

Fol. 471. המאמר האחד עשר מספר בעלי חיים לארסטו'. *Tractatus undecimus ex Aristotelis libro de Animalibus, ex versione Iacobi ben Machir* (uti fol. 506).

Inc. הכונה בזה המאמר לתת הדרכים. In fine (fol. 506): נשלם ביאור המאמרים ההקשיים ביאור בן רשד והעתקתי אותו אני יעקב בר' מכיר בחדש טבת שנת ששים ושלש לאלף הששי ליצירה ושנת אלף ומאתים ושלשים וחמש

לחרבן הבית. « Explicit Expositio Ben Rasciad, et transtuli illam ego « Iacob ben Machir mense teveth, anno 5063 ab orbe condito, et 1235 ab « everso templo (a. C. N. 1303) ». Non recte Pasinus legit מאיר pro מכיר, uti iam notavit Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 1233. Confer Asseman., *Bibl. Vat. Cat.*, t. I, p. 318, Cod. CCCXXXVIII. Sed aliud est operis initium.

Fol. 506. *Averrois, Expositio libri Aristotelis* [מה שאחר הטבע Mah Sceachar hattevañ] *Metaphysicorum, ex versione Kalonymi fil. Kalonymi.*

Inc. אמר מציאות האמת קשה מצד וקלה מצד. In fine (fol. 559) haec habet Averroes: והשלמתי לבארו יום א׳ כ״ה מן רביע האחרון משנת תק״ע לחשבון הערב: « Et finivi exponere eum die primo (hebdomadae) 25 mensis Rabbia posterioris, « anno 570 secundum computationem arabam (a. C. N. 1174) ». Subiungitur (fol. 559*b*) interpretis Epigraphe: שלמה העתקת ביאור בן רשד לכל מאמרי מה שאחר הטבע לארסט״ו והשלמתי אני קלונימוס בר׳ קלונימוס ז״ל ב״ג סיון ע״ז לפרט והעתקתיו מספר לא מדוייק: « Completa est translatio Expositionis Ben Rasciad in omnes tractatus Metaphysicorum Aristotelis, et complevi ego « Kalonymus filius Kalonymi die 13 Sivan, anno ab orbe condito, 77 min. « supp. (a. C. N. 1317) ». Confer Assemani, *Bibl. Vat. Cat.*, tom. I, p. 317, Cod. CCCXXXVI et 439 Cod. XLV. De-Rossi, *Ms. Cod. hebr.*, tom. 3, p. 140, Cod. 1308.

Fol. 560. *Themistii, graeci philosophi, Expositio libri duodecimi Metaphysicorum Aristotelis, qui designari solet littera* lamed *hebraice reddita a R. Mose ben Tibbon.*

Titulus est: אות הלמד לארסטוטלים ממה שאחר הטבע ביאור תמאסטיוס: « Littera *lamed* Aristotelis Metaphysicorum, Expositio « Themistii ». Inc. אמר אריסטוטלים הנה הנמצא יאמר על ענינים רבים. In fine (fol. 567*b*): נשלם המאמר הנרשם באות הלמ״ד מספר מה שאחר הטבע לארסטוטלים ביאור תמסטיוס תהלה לאל

והעתיקו החכם ר׳ משה בן הפילוסוף האלהי ר׳ שמואל תבון ז״ל:
„ Explicit Tractatus designatus littera *lamed* ex libro Metaphysicorum „ Aristotelis, Expositio Themistii, laus Deo . . . et transtulit illum sapiens „ R. Moses fil. Philosophi Divini R. Samuelis Tibbon, fel. mem. „. Hoc Comm. prodiit latine redditum a Mose Finzi, Venetiis, 1576, in-fol. Notae sunt Θεμιστίου παραφράσεις τοῦ Ἀριστοτέλους. Ex his arabice quaedam translata sunt, atque inde hebraice. Praeter Mosem Tibbonidem, Zerachias fil. Iudae se Themistium transtulisse profitetur in Epigraphe, quae legitur ad fol. 119. Codicis nostri LXXVI. A. III. 27. Confer etiam Steinschneider, *Cat. Bibl. Bodl.*, col. 2672.

Fol. 567[b]. המאמר הנרשם עליו אות הלמד ממאמרי מה שאחר הטבע: *Tractatus designatus littera* lamed *ex tractatibus Metaphysicorum.*

Haec pariter a Themistio sunt deprompta, uti ex prioribus lineis eruimus. Incipit opusculum: אמרתי לא ימצא לאלכסנדר ולא למי שאחריו In fine notatur annus, quo ignotus librarius longum sane opus perfecit in usum R. Mardochaei Todros. Qui Todros non est librarius, uti Pasinus monuit, sed vir, pro quo scriptus est codex, uti patet ex hac epigraphe:
ותשלם מלאכת זאת הכתיבה יום שני בשבוע י״ג מרחשון
שנת מאתים ושלשים ואחת לפרט האלף הששי ליצירה ...
כתבתי לחכם האלהי הרבנו מאישטרי מרדכי טודרוס נתן:
„ Et completum est opus huius scriptionis die secunda hebdomadae 13 „ Marchescvan, anno 6231 min. supp. (a. C. N. 1470). . . . . Scripsi in „ usum sapientis divini Rabbenu magistri Mardochaei Todros Nathan „.

CODEX XV. A. I. 15.

N. p. A. IV, 16. Benc. CXX. Pas. XXV, t. I, p. 7.

Membranaceus, saec. XV, vel potius XIV, germanico charactere quadrato, cum punctis vocalibus, elegantissimo, a Beniamin ben Nathan exaratus, constat foliis rec. num. notatis 342. In-fol. cum figuris. Mutilus in fine.

MACHAZOR GERMANICUM pro Initio anni, diebus festis Expiationis et Tabernaculorum.

— fol. 1. Preces et hymni pro anni initio. Ac primum preces matutinae; dein (fol. 11) pro primo die incipiunt המלך.

— fol. 83^b. A verbis כל נדרי incipiunt preces pro festo כפור, Expiationis. Ad calcem folii 152^b extat nomen amanuensis, non vero annus, quo codex exscriptus est: בנימן בר' נתן הסופר חזק.

— fol. 260. מעריב לליל ראשון של סוכות. *Preces vespertinae pro festo Tabernaculorum.* Dein (fol. 263^b) incipiunt preces diurnae a voce אכתיר. In quadam pictura legitur סוכות.

CODEX XVI. A. I. 16.

P. Not. lib. Cal. p. 3, n. 16.

Membranaceus, saec. XII, litteris quadratis ac fere uncialibus exaratus, punctis et accentibus a sequioris aetatis scriba instructus, constat foliis 563. In-fol.

PROPHETAE PRIORES ET POSTERIORES, seu Iosua, Iudices, Samuel, Reges, Ieremias, Ezechiel, Isaias et XII Prophetae minores.

Ad caput XXI Iosuae desunt versiculi 36 et 37, de quibus confer variantes lectiones De-Rossii ad hunc locum; desiderantur etiam Keri. In fine ignotus libri possessor, isque recentior haec adnotavit hebraice:

« Hodie prima die Marchesvan anno 5200 (a. C. N. exeunte anno 1439) » in urbe Annecy, quae in Sabaudiae provincia ». Quaedam adnotata sunt manu Calusii.

CODEX XVII. A. I. 17.

P. Not. lib. Cal. p. 21, n. 5.

Membranaceus, saec. XIV, rabbinico charactere exaratus, constat foliis num. hebraico notatis 121. In-fol.

MENACHEM REKANATI, COMMENTARIUS IN PENTATEUCHUM.

Liber cabbalisticus editus pluries. Fine mutilus. Desideratur pars penultima et ultima Parasciàh.

CODEX XVIII. A. I. 18.

N. p. A. V, 9. Benc. CXXXVIII. Pas. XXXIX, t. I, p. 10. Wolf. t. IV, p. 865, A. V, 8.

Membranaceus, saec. XV, rabbinico charactere elegantissimo exaratus, aureis picturis refertus, constat foliis recentiori num. notatis 396. In-fol.

IACOB BEN ASCER ארבע טורים [*Arbañ turim*] *QUATUOR ORDINES.*

Adeo praestat characteris elegantia et aureis ornatibus, ut inter libros pulcherrimos ex transenna bibliothecam invisentibus pateat. Picturae ad rem pertinent, de qua sermo est, ac monent de artifice christiano potissimum in Angelorum imaginibus fingendis. Inter folia notata 201 et 202, aliquot folia, quae procul dubio tabulas pictas referebant, ab avara manu avulsa sunt, et simul intercidit initium tertiae partis אבן העזר.

CODEX XIX. A. I. 19.

P. Not. lib. Cal. p. 3, n. 18.

Membranaceus, saec. XIII, charactere italico grandiori, constat foliis 344. In-fol.

NATHAN BEN IEKIEL ספר הערוך [*Sepher haӣaruch*] *LIBER DISPOSITUS.*

Est nempe Lexicon Talmudicum editum pluries. Desideratur prima charta. In fine recentior manus haec perperam adnotavit: נכתב פה במאדרית שנת רפ'ב. „Scriptus hic Matriti anno 282 (a. C. N. 1522)“. Codex est enim multo antiquior.

CODEX XX. A. I. 20.

N. p. A. IV, 17. Benc. CXXI. Pas. XXVI, t. I, p. 7. Wolf. t. IV, p. 1068.

Membranaceus, vel exeunte, uti videtur, saec. XIV, vel XV ineunte exaratus charactere quadrato germanico, partim maiori cum punctis vocalibus, partim minori sine punctis, ac fere manu currenti. Constat foliis rec. num. notatis 296. In-fol. Quaedam in eo a Christiano censore deleta sunt. Quinque etiam folia exciderunt inter folia nunc notata 291 et 292. Codex bonae notae continet:

MACHAZOR ET CONSTITUTIONES EX RITU GERMANICO.

Textus Machazor maioribus litteris cum punctis, caetera minoribus sine punctis. Nimirum:

— fol. 1. *Machazor cum commentis.*

Primum venit יוצר לשבת בראשית, dein (fol. 7) יוצר של חנוכה. Sequuntur pro variis festis aut diebus solemnibus preces et hymni, inter quae interiectum est *Canticum Canticorum, Ruth* et *Ecclesiastes.* Desinit Machazor cum precibus pro defunctis. Commentum vix ad fol. 55, sive ad ritus Paschatis exhibetur, et est, quod appellatur הדרת קדש.

— fol. 226[b]. פתרון חלומות. *Interpretatio Somniorum.*

Inc. הקורא בכתבי הקודש ימים טובים יבואו לו. Desideratur auctoris nomen, quem Pasinus pro certo habet, esse *R. Salomonem Almoli.* Quod equidem non probandum censeo. Nam Salomon Almoli floruit saeculo XVI. Illius vero editi operis, cui titulus מפשר חלמין, exemplaria manu scripta non extant, nisi ab editione descripta fuerint. Iam vero codex noster non modo editione, sed ipso auctore antiquior mihi videtur. Hinc opusculum nostrum recensendum esse existimo inter ea plurima, quae de eodem argumento vel sunt anonyma, vel R. Gaon perperam tribuuntur. Confer de his Steinschneider, *Cat. lib. hebr. Bibl. Bodl.,* col. 2282.

— fol. 228. מנהגים כמו שנוהגים ברוטנבורק מימי קדמונים מימי מהר"ם זצ"ל. *Ritus (vel consuetudines) quae vigent Rotemburgi a temporibus antiquis, a temporibus nempe Maamaram (Meir Rotemburg b. Baruch) cuius memoria sancta et in benedictione.*

— fol. 234. סדר פרשיות של ימים טובים. *Ordo Paráscioth diebus bonis.*

— fol. 239. הלכות עיבור. *Regulae vel Decisiones de intercalatione.*

Intersunt complures tabulae astronomicae, inter quas kalendarium incipiens ab anno iudaico 103 min. supp.

— fol. 262. הילכות שחיטה ממהר"ם זל"ע. *Decisiones de mactatione ex Meir Rotemburg, fel. m.*

— fol. 262[b]. זה ההלכות (sic) שחיטה מיסוד האשל הגדול הר' זלמן מבריזכא שליט (sic). *Hae sunt Decisiones de mactatione ex doctrina sapientissimi magni R. Zelman de Brezca* (?)...

— fol. 263. הלכות בדיקה מר' זלמן. *Decisiones de inspectione (animalium) R. Zelman.*

— fol. 263[b]. הלכות איסור והיתר מחיבור שחיבר מו' הרב ר' יצחק מן דורא זצ'ל. *Decisiones de illicito et licito ex opere, quod composuit R. Isaac de Dura.*

Sectio prima [שער] incipit: בשר שנמלח ושהה כדי מליחה. Opus éditum. Idem omnino in Cod. A. II. 17, fol. 78 et A. V. 4, fol. 263.

— fol. 273. הלכות. *Regulae vel Decisiones variae ex variis excerptae de (sic)* נידה; תפילין; גטין; חליצה.

— fol. 278. ליקוטין שמעתי על הגאונים ר' יהודה בר' ברוך ור' יצחק הלוי. *Collectaneae ex acroasibus Excell. Rab. Iehudae fil. Baruch, et R. Isaac Levi.*

Sequuntur varia de סוכה; לולב; ערבה; אתרוג; מגילה; ריבית.

— fol. 283. תשובות לכל אדם עבירה ועבירה והם יסוד הר' ר' אלעזר בן רב' יהודה. *De poenitentia pro variis cuiusque peccatis solvenda ex doctrina R. Eliezer fil. R. Iehuda.*

— fol. 285. הלכות ברכות מיסודי הרב רבי מאיר. *Decisiones de benedictionibus ex doctrina R. Meir (Rotemburg).*

Inc. על פירות האילן.

— fol. 290. חיי עולם (Chaié ñolam). *Vita aeterna R. Ionae Gerondi.*

Inc. טוב לגבר כי ישא. Post aliquot lineas haec veniunt, quae Steinschneiderus ex editione refert: אלה הדברים אשר יעשה אותם.

Desideratur in codice nostro auctoris nomen. Id didici a Steinschneidero, *Cat. Bibl. Bodl.*, col. 1426, n° 25. Verum ob illa quinque folia, quae excidisse monui superius, opusculum est valde mutilum.

— fol. 292. שטרות. *Contractus*, *ac primum de matrimonialibus* [כתובות].

In fine: סליק תיקון שטרות.

CODEX XXI. A. II. 1.

N. p. A. II, 3. Benc. XXVIII. Pas. X, t. I, p. 4. Wolf. t. IV, p. 892, II, 2.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico, duplici columna exaratus, constat foliis rec. num. notatis 394. In-fol.

LEVI BEN GERSON מלחמות השם [*Milchamoth hascem*] *BELLA DEI.*

— fol. 5ᵇ. Tract. I *De immortalitate animae.*
— fol. 31ᵇ. Tract. II *De scientia futurorum.*
— fol. 40ᵇ. Tract. III *De scientia Dei.*
— fol. 50ᵇ. Tract. IV *De divina Providentia.*
— fol. 63. Tract. V *De corporibus coelestibus* (tres partes).
— fol. 339. Tract. VI *De creatione mundi.*

Tractatus V in tres partes distinguitur ac complura capita, quorum index praemittitur parti primae. In I parte adeo multa et peculiaria de iis, quae in Ptolemaei Almagesto exposita sunt, proferuntur, adiectis etiam tabulis astronomicis et figuris, ut ea sola teneat piusquam dimidiam codicis partem, nempe a fol. 67ᵇ ad fol. 302. Hinc illa in plerisque codicibus, sicuti in nostris CVIII et CXXXIII, atque in ipsa editione praetermissa est, utpote singularis et magnus liber seorsim exhibendus. Revera seorsim etiam extat. In codice nostro (fol. 302ᵇ) pars I ab auctore expleta dicitur die 21 Chislev a. 89 (Nov. 1328); pars altera (fol. 314ᵇ) die 25

eiusdem mensis et anni; tertia (fol. 338) 2 Tebeth (5 Dic. eiusdem anni 1328). Integrum opus ab auctore expletum dicitur in fine: ובכאן נשלם מה שיעדנו להקור בו בזה הספר והיתה השלמתו בשבעה ימים לירח שבט של שנת שמנים ותשע לפרט האלף הששי ליצירת העולם. « Et hic explicit, quod constituimus inquirere in hoc libro. Fuit » autem finis eius die septimo mensis anno 89 sexti *millenarii* ab orbe » condito (a. C. N. 8 Ian. 1329) ». Fallitur Pasinus, cum existimat hanc epigraphen ad librarium referendam esse. Unica huius operis editio prodiit Ripae Tridentinae, anno 1560, in-fol.; in ea desideratur pars prima tractatus quinti; eadem autem refertur epigraphe, quae extat in codice nostro. V. Wolf. I, p. 728; III, p. 650; IV, p. 892; De-Rossi, *Diz.* I, p. 129; *Ms. Cod.* I, p. 88, n. 135; Steinschneider, *Cat. Bibl. Bodl.*, ad vocem Levi b. Gerson.

CODEX XXII. A. II. 2.

P. Not. lib. Cal. p. 21, c. 3.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 240. In-fol. Mutilus initio et fine. Duo priora folia referunt fragmentum nescio cuius operis parum antiqui.

Fol. 3. SALOMONIS IARCHI COMMENTARII.

1. fol. 3 in *Genesim*. Excidit folium primum; priora, quae nunc leguntur verba, ea sunt: תהיה איך לך רשות לדור במקום אחר. — 2. fol. 26[b] in *Exodum*. — 3. fol. 52[b] in *Leviticum*. — 4. fol. 68[b] in *Numeros*. — 5. fol. 86 in *Deuteronomium*. — 6. fol. 102 in *Psalmos*. — 7. fol. 123 in *Iobum*. — 8. fol. 134[b] in *Canticum Canticorum*. — 9. fol. 139[b] in *Danielem*. — 10. fol. 145[b] in *Esther*. — 11. fol. 147 in *Threnos*. — 12. fol. 149 in *Ecclesiasten*. — 13. fol. 155[b] in *Proverbia*. — 14. fol. 164[b] in librum *Esdrae*.

Fol. 172^b. Incipit TARGUM, sive:

1. fol. 172^b Targum libri *Proverbiorum.* — 2. fol. 179^b libri *Ecclesiastes.* — 3. fol. 185 libri *Threnorum.* — 4. fol. 187 libri *Cantici Canticorum.* — 5. fol. 192 libri *Estheris.* — 6. fol. 205 libri *Ruth.* — 7. fol. 207 libri *Psalmorum.* — 8. fol. 229 libri *Iobi.*

In hac paraphrasi Chaldaica multae occurrunt lectionum varietates.

Fol. 238. דברי הימים ממשה רבינו ע'ה. *Verba dierum Mosis magistri nostri.*

Editum pluries. Confer Wolfium, t. II, p. 1278, n. 121; De-Rossium, *Ms. Cod. hebr.*, t. I, p. 124, Cod. 194.

CODEX XXIII. A. II. 3.

N. p. A. I, 9. Benc. IX. Pas. IV, t. I, p. 2. Wolf. t. IV, p. 859, A. I. 8.

Membranaceus, saec. XV, charactere exaratus hispanico, constat foliis rec. num. notatis 402. In-fol.

R. IACOB B. ASCER, Ordo I, II, III, ex *Arbañ turim.*

— fol. 1. *Orach chaiim.*
— fol. 167. *Ioreh deñah.*
— fol. 311. *Even añezer.*

CODEX XXIV. A. II. 4.

P. Not. lib. Cal. p. 3, n. 22.

Membranaceus, saec. XIV, constat foliis 218. In-fol.

MENACHEM REKANATI COMMENT. IN LEGEM.

Saepius editus. In fine legitur haec adnotatio ab homine recentiori adiecta: אם תשאל ותאמר למה חסר פ' המחבר ז"ל על פרשת וזאת הברכה הנה אשיבך כי מצאתי ברקניטי (*sic*) הנדפסים איך בסוף נכתב כי החכם המחבר ז"ל נתבקש. בישיבה של מעלה קודם השלימו פ' וזאת הברכה: נאם פי המדבר אברהם ספורנו בן למעלת א"א כמה"ר ישראל ספורנו יצ"ו פה בעיר נונאנטיל בבית האלוף גבירי כמה"ר אבטליון מודינא יצ"ו. „Si quaesieris „et dixeris, cur desideratur commentarius auctoris fel. mem. in parasciah „vezoth habberachah (postrema Deuteronomii), en quod respondebo: „nempe inveni ad calcem impressorum codicum Rekanati, doctum au- „ctorem fel. mem. arcessitum fuisse ad sedem supernam antequam ex- „pleret commentarium in parasciah vezoth habberachah. Ita dico ego „Abraham Sforno filius excellentissimi domini mei R. Israëlis Sforno „quem Deus incolumem faciat, hic in civitate Nonantil, in aedibus cla- „rissimi domini mei Abtalionis Modena, quem Deus incolumem faciat „.

Revera similis adnotatio legitur in fine Rekanati impressi Venetiis per Bombergium anno 283 (a C. N. 1523). Loca antichristiana, quae primum deleta, redintegrata fuere.

CODEX XXV. A. II. 5.

N. p. A. IV, 18. Benc. CXXII. Pas. XXVII, t. 1, p. 8.

Membranaceus, saec. XIII (an. 1288), charactere quadrato germanico cum punctis vocalibus exaratus, constat foliis rec. num. notatis 303. In-fol. Margo foliorum passim exiguis picturis adornatur; sunt etiam interiecta textui animalia picta, sunt initiales vario colore obductae.

מחזור MACHAZOR (ex ritu germanico) pro anni initio et die Expiationis.

Incipit liber precum pro anni initio a precibus vespertinis לליל ראשון. Folio 129^b^ a verbis כל נדרי incipiunt preces et hymni pro die Expiationis usque ad finem codicis, interiectis fol. 247^b^ סדר מנחה et fol. 276

סדר נעילה. In fine haec librarii subscriptio: אני יהודה בר' שלמה סיימתי זה המחזור מקרובץ למורי ר' יהודה בן הג' ר' יוסף באחד בשבת בעשרים וחמשה לירח תמוז שנת חמשת אלפים ושמנה וארבעים לבריאת עולם. „ Ego Iehuda fil. R. Salomonis „ absolvi hoc Machazor Cantionum in usum R. Iehudae fil. magni R. „ Iosephi, die primi hebdomadae, 25 lunae thamuz, anno 5048 ab orbe „ condito (a. C. N. 1288) „.

CODEX XXVI. A. II. 6.

N. p. A. III, 8. Benc. LXXXIII. Pas. XIV, t. I, p. 5.

Membranaceus, saec. XIV, charactere exaratus hebraeo-hispanico, duplici columna, constat foliis rec. num. notatis 222. In-fol. Mutilus initio et fine.

R. SALOMONIS ISAACIDIS vel Iarchi, vulgo Rasci, Commentaria in S. Scripturae libros, qui sequuntur:

1° *In Prophetas priores et posteriores.*
Ob quaedam folia, quae exciderunt, Commentarium in *Iosuam*, incipit mutilum ex Cap. II, v. 19. Sequuntur fol. 5*b*, Iudices; 8, Samuel; 20, Reges; 34*b*, Ieremias; 49, Iesaias; 81, Ezechiel; 102, Prophetae minores.

2° *In Hagiographa*, hoc ordine: fol. 127, Psalmi; 153*b*, Iob; 178, Proverbia; 191, Canticum Canticorum; 197*b*, Ruth; 198*b*, Threni; 201, Ecclesiastes; 210, Esther; 211*b*, Daniel; 219*b*, Ezra. Mutilum in fine.
Desiderantur Nehemia et Chronica.

CODEX XXVII. A. II. 7.

P. Not. lib. Cal. p. 3, n. 25.

Membranaceus, partim etiam chartaceus, saec. XIV (anno 1306 vel 1311) constat foliis 402. In-fol.

IACOB BEN ASCER, Ordo III et IV ex Arbañ turim.

In prima pagella codex dicitur מתוקן ע׳י יצחק ארלי • emendatus „ manu Isaaci Arli „. In fine autem: ותכל מלאכת עבודת הקדש בחדש סיון בעשרים בחדש פה בולונייא ההוללה שבח לאל אשר לו העוז והגדולה אני אברהם בר׳ חסדאי ..... שנת הללו אל בקדשו. „ Et expletum est opus sanctum mense Sivan, die vicesima, in urbe inclyta Bononiae; laus Deo, cui vis et magnitudo; per „ me Abrahamum filium Chasdai ..... Anno 5066, vel 71 (a. C. N. 1306, „ vel 1311) „.

CODEX XXVIII. A. II. 8.

N. p. A. III, 1. Benc. LXXVI. Pas. XIII, t. I, p. 5.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato cum punctis et vario charactere rabbinico exaratus constat foliis 479 (male notatis 478). In-fol. Intercidit folium post fol. 143, alterum post fol. 187; atque inde duae lacunae in textu. Duo etiam folia excisa fuerunt post fol. 305, sed nulla est lacuna in textu.

PENTATEUCHUS, Quinque Mighilloth, Iob et Haftaroth, adiecta singulis libris Masora magna et parva, Targum, commentario Rasci fere assiduo, et altero anonymi.

In media pagina textus eminet charactere quadrato cum punctis vocalibus; ad eius latus quadrato minori exaratum est Targum modo cum punctis, modo sine punctis, rabbinico autem circa textum Masora. Sunt in margine atque in locis a textu vacuis duo commentarii, alter rabbinicis litteris quadratis et est plerumque Rasci, alter singulari quodam charactere rabbinico oblongo, et a Bencinio et Pasino dicitur *Mosis Nachmanidis*. Non est tamen Nachmanidis; differt etiam ab editis in Magnis Bibliis. Hac eadem manu exhibentur aliquot praefationes.

— fol. 1. *Pentateuchus*, *cum Targum* etc.

Primo folio recto, anonymi in Genesim praefatio, cuius priora verba evanuerunt. Eodem folio verso, *Genesis* cum duobus commentis. Fol. 78[b], *Exodus* cum comm. Fol. 143[b], anonymi praefatio in Leviticum, sed vix illius initium; excidit enim sequens folium. Fol. 144, *Leviticus* cum comm. Post fol. 187 excidit folium. Hinc Leviticus desinit mutilus ad fol. 187[b] et *Liber Numerorum* cum comm. incipit mutilus ad fol. 188 a verbis ואת כל העדה (cap. I, v. 8). Fol. 252[b] *Deuteronomium*. Commentum Rasci desinit una cum textu ad fol. 305[b]; anonymi commentum, nulla interiecta lacuna, prosequitur in foliis 306, 307, 308. Haec sint specimena huius anonymi commenti. Verba Deuteronomii: בנים לא אמון בם (cap. XXXII, v. 20) sic declarantur: ואיך להשען עליה כי מיד משקרים אותה ואיך עומדין בה:. Desinit commentum ad verba ultimae Parasciah: אשר עשה משה לעיני כל ישראל (*Deut.*, c. XXXIV, v. 20). Desinit autem sic: שאר הנביאים מתנבאים ליחידים כמו שעשה אליה לקמח והשמן לא תכלה וכן אלישע שאמר מלאי כלים ויצקת ושלמי את נשיך ואת בניך תחיי בנותר אבל נסים של משה לעיני כל ישראל לצורך כל ישראל ולדורות הבאים של כל ישראל.

— fol. 309. *Quinque Meghilloth cum Targum* etc.

Esther cum commentario Rasci. Fol. 328 anonymi praefatio ad *Canticum Canticorum* incipit sic: שיר השירים אשר לשלמה יש לפרש שיר המעולה משאר כל השירים כמו מלך מלכי המלכים אלהי האלהים וגם יש לומר שיר השירים מיוחד מן השירים שהיו לשלמה כי הרבה שירים היו לו כדכתיב ויהי שירו חמשה אלף: Fol. 329 *Canticum Canticorum*. Anonymi commentarius incipit: שיר השירים אשר לשלמה אמרו חכמים כל הכתובים קדש ושיר השירים קדש קדשים שמחבב ישראל לקרותה כלתו:. Fol. 337 *Ruth*; anonymi commentum eo quo monui charactere oblongo exaratum incipit: רבי תנחומיך פתח כדרשתי ללא שאלו נמצאתי ללא בקשני כדרשתי ללא שאלו זו רחב הזונה נמצאתי ללא שאלוני זו רות המואביה שלא יצא מן העולם עד שראתה שלמה המלך:. Nomen illud תנחומיך vel etiam תנחום repetitur in margine superiore foliorum 337, 338, 339, 340, 341. Hinc Pasinus existi-

mavit commentarium esse *Tanchumàh*, qui interpretatus est Pentateuchum et Esther; v. *Cod. Vat.* XCVI. Nihil autem constat de hoc commento in Ruth. Verum a diversa nominis orthographia diversum auctorem arguo. Fol. 341[b] *Threni* cum commentis ex Rasci. Fol. 348 anonymi praefatio in Ecclesiasten. Fol. 349 *Ecclesiastes* cum commentis.

— fol. 361. *Salomonis Iarchi vel Rasci comm. in Threnos.*

Exhibetur integer commentarius. Desideratur auctoris nomen, uti semper. Incipit: איכה ישבה ירמיה כתב ספרו וספר חמשת קינות

— fol. 368. *Ritus aliquot cum precibus.*

— fol. 370. *Liber Iob cum Targum, Masora et brevioribus commentis.*

— fol. 400. *Haftaroth cum Targum, Masora et brevioribus commentis.*

Desiderantur tamen haftaroth pro diebus festis solemnioribus.

CODEX XXIX. A. II. 9.

P. Not. lib. Cal. p. 21, n. C. 4.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico elegantissimo, constat foliis 250, praeter vacuum initio. In-fol. Eximiae pulchritudinis, sed male compactus. Çalusius in primo folio olim vacuo notavit bibliopegae menda.

SALOMONIS IARCHI [רש׳י] DECISIONES in tractatus Talmudicos ordinis Moñed: יומא, מגילה, חגיגה, סוכה, ביצה seu יום טוב, ראש השנה, Iomà, Meghillàh, Chaghigàh, Sucàh, Bezàh, Rosc hascianàh.

Est praeterea in fine Codicis adnotatio de diluvii temporibus et astrorum tunc situ.

CODEX XXX. A. II. 10.

N. p. A. I. 15. Benc. XV. Pas. VI, p. 2. Wolf. IV, p. 952. A. I. 14.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico eleganti exaratus, constat foliis rec. num. notatis 178. In-fol.

PTOLEMAEI ALMAGESTUM a Iacobo Antoli hebraice redditum. Cum figuris et adnotationibus in margine.

Inc. זה ספר הגדול הנקרא אלמגסטי חברו בטולמיוס אלפלורי בחכמת חשב. In fine: נשלם ספר אלמגסטי לבטלמיוס ותהלה לאל לבדו והעתיקו החכם הגדול ר' יעקוב בר' אבא מרי בר' שמשון ב'ר אנטולו ז'ע'ל בד'ח לב'א. « Explicit liber Almagesti » Ptolemaei, laus Deo soli; et transtulit illum sapiens Magnus R. Iacob » fil. Aba Mari, fil. R. Samsonis, fil. R. Antoli, fel. mem. ..... » Ex duobus verbis בדח לבא, quae sunt initiales nescio cuius precis, annum indicari existimavit Bencinius, ac legens, uti videtur, בלח, eruit annum 5038. Inde Wolfius notavit codicem hunc exscriptum fuisse anno 5039. Codicis aetas multo est posterior; nam iam mortuo Antoli exscriptus fuit. Non indicat Antolius, unde hebraice reddiderit opus, utrum ex ipso graeco textu, an ex arabica versione. Profecto ex arabica versione. Almagesti compendium ex Averroe ab eodem Antolio redditum vide in codice nostro LXXVIII, A. III, 29. Aliud vero compendium eiusdem interpretis extat in codice nostro CCXXXIII, A. VII, 21.

CODEX XXXI. A. II. 11.

N. p. A. III, 11. Benc. LXXXVI. Pas. XVII, t. I, p. 6.

Chartaceus, saec. XV (an. 1463), a tribus librariis charactere italico et hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 302, praeter aliquot vacua nullo numero notata. In-fol.

MOSIS BEN NACHMAN seu Nachmanidis (per compendium Ramban) Commentarium in Legem.

Nullo praemisso titulo incipit codex: בשם האל הגדול והנורא uti in editionibus. Dein prooemium incipit: משה רבינו כתב ספר התורה. Commentum autem: אמר רבי יצחק לא היה צריך (Iisdem verbis incipit commentarium Salomonis Iarchi). Codex noster eleganti charactere italico descriptus est a fol. 1 ad fol. 146, ubi haec legitur subscriptio: תם ונשלם שבח לבורא עולם על ידי אברהם דטרבוט צרפתי יום ה' פרשת לך לך יום ששי לירח מרחשון שנת דר"ך: « Explicit, laus Creatori orbis, per manus Abrahami De « Tarbot Galli die quinto parasciath לך לך, die sexto mensis Marche- « scvan, anno 224 (a. C. N. 1463) ». Alter dein librarius hispanico charactere codicem exaravit a folio 147b ad fol. 281, atque inde tertius hispanico pariter sed admodum rudi charactere usque ad finem codicis.

CODEX XXXII. A. II. 12.

N. p. A. V, 12. Benc. CXLI. Pas. XLI, t. I, p. 15. Wolf. IV, p. 918. A. V, 11.

Membranaceus, saec. XIV, eleganti charactere quadrato minori exaratus, cum librorum et capitulorum titulis, ac verbis initialibus vario colore auroque pictis, constat foliis 245. In-fol.

Fol. 1. *Mosis Maimonidis* [רמב"ם, Rambam] מורה נבוכים [Morèh nevuchim] *Doctor perplexorum. Opus philosophicum a R. Samuel Ibn Tibbon ex arabica lingua in hebraicam versum.*

Praemittitur index capitum a R. Iehuda ben Salomo Charizi. Sequuntur: (fol. 12) praefatio Tibbonidis, (fol. 14) Maimonidis epistola ad discipulum Ioseph (Ibn Akain). In fine (fol. 193b): השלמתי העתקת המאמר הזה בחדש טבת שנת ארבעת אלפים ותתקסה לפרט וליצירה אני שמואל ש"צ בן כבוד החכם הגדול ר' יהודה אבן תבון זצ"ל...: « Perfeci translationem huius tractatus mense tebeth, anno 4965 min. « comp. et ab orbe condito (a. C. N. 1205) ego Samuel filius gloriosi sa- « pientis magni R. Iehudae Aben Tibbon, fel. mem. etc. ». Editum. Cf. Steinschn., p. 1894.

Fol. 194. *Samuelis Ibn Tibbon*, מלות זרות, *voces exoticae, quae in hebraica versione libri Morè nevuchim a se edita occurrunt, ordine alphabetico.*

Nullo praemisso titulo incipit opusculum: בהשלימי העתקת המאמר הנכבד מורה הנבוכים וראיתי שהביאני קוצר לשון העברי לשמש בה בהעתקתי במלות זרות לא יבינו אותם רוב המעיינים בו להעדר חבורי החכמות המופתיות מאומתינו לא ימצאו בלשוננו המשמשין בהם בעלי החכמות המופתיות המיוסדות בהם על כן מלאני לבי לחבר שער אחד לפרש בו המלות ההם וכל שכן שכבר הקדימני לחבר כיוצא כבונתנו המשורר ר' יהודה בן אלחריזי אשר העתיק המאמר הזה אחרי העתקי אותי והקדים להעתקתו שני שערים. „ In perficienda „ translatione celeberrimi tractatus Moré hannevuchim, vidi me coactum „ fuisse ab hebraicae linguae angustiis adhibere in mea translatione vo- „ cabula exotica, quae non intelligent plerique lectores, eo quod, desi- „ derantur opera de scientiis philosophicis apud nos, nec inveniuntur in „ lingua nostra qui ea vocabula adhibuerint ex auctoribus huiusmodi „ scientiarum ex illis confectarum. Quapropter impulsus fui ad opusculum „ concinnandum, in quo interpretarer haec vocabula, maxime cum me „ praeoccupaverit in condendo aliquid huius generis poeta R. Iehuda ben „ Charizi, qui eundem (Maimonidis) tractatum hebraice vertit, et post „ quam vertit, praefationem addidit versioni in duas partes distinctas etc. „. In fine: כשלם הספר . . . . . צרור המור ואשכול הכופר ר' טמואל אבן תבון.

Fol. 213. *Appendix I ad superius opusculum (eiusdem procul dubio Tibbonidis).*

Praemissa est haec nota: עשיתו זה השער בתוך הספינה על חוף אדיר לאקליבא ובארבעת מילין לתונס יום וחצי מאסכנדריא (*sic*) בחדש תמוז שנת תתק'עג ליצירה ישיבנו השם עם חבורתנו בשלום אל עירנו ואל בתנו אמן: „ Feci hoc opusculum in navi super portum magnum ad Akliba, quatuor „ milliaribus et ad Tunisium die uno et dimidio (distantem), quum ve- „ nirem Alexandria mense Tamuz anno 973 ab orbe condito (a. C. N. „ 1213). Reducat nos Deus cum comitatu nostro in pace ad urbem nostram

" et domos nostras. Amen ". Eadem epigraphe, hoc solo discrimine, quod referat *Alkalbia* pro *Akliba*, extat in Codice De-Rossiano 557, sed in eo subiungitur superiori opusculo, tamquam illius epigraphe. Incipit Appendix: אמר הנביא ע'ה ראשית חכמת. In fine (fol. 217^b): נשלם פרוש המלות.

Fol. 217^b. *Appendix II eiusdem Tibbonidis de verbis difficilioribus.*

Inc. אמר שמואל בן תבון הנה הודעתי בפתיחת העתקתי
Vix pauca.

Fol. 219. *Mosis Maimonidis*, *Logica*, *seu* מלות ההגיון *de vocabulis Logicae hebraice reddita a Mose Ibn Tibbon*, *in quatuordecim sectiones* [שערים] *tributa.*

Inc. אמר רבינו משה ... שאל שר אחד מבעלי החכמות התוריות. In fine (fol. 229): נשלם החבור ... והעתיקו מלשון הנרי החכם ר' משה בן החכם פילוסוף מר' ר' שמואל תבן זצ'ל:. Opus editum.

Fol. 229^b. *Mosis Maimonidis* פירוש פרק חלק. *Commentarium in cap. X. Tractatus Synhedrin, de damnis, interprete Samuele Ibn Tibbon.*

Inc. כל ישראל יש להם חלק. In fine: נשלם פירוש פרק חלק
Desideratur interpretis nomen; id vero ex sequenti opusculo patet.

Fol. 238. *Mosis Maimonidis*, *de tredecim articulis fidei*, *interprete Samuele Tibbonide.*

Inc. אמר שמואל בן תבון: אמר ..... ר' משה בן ר' מימון: אינו רחוק שיכון האדם: In fine: נשלם המאמר בעזר האל יתב אשר חבר הגדול ר' משה בר מימון ז'ל והעתיקו מלשון העבר אל לשון הקדש החכם ר' שמואל אבן תבון .....

CÒDEX XXXIII. A. II. 13.

N. p. A. V, 13. Benc. CXLII. Pas. XLII, t. I, p. 16. Wolf. t. IV, p. 791, 818, A. V, 12.

Membranaceus, exeunte saec. XIII (an. 1284) charactere hispanico scriptus, cum additamentis paullo recentioribus iisque charactere italico exaratis, constat foliis rec. num. notatis 163. In-fol. Satis patet, codicem esse autographum Zerachiae fil. Isaaci, auctoris seu potius interpretis duorum opusculorum, quae in eo continentur. Opuscula haec Zerachias hebraice reddiderat in usum R. Sabbatai, a cuius filiis anno 1319 Salomon Rophé (medicus) Capuanus codicem emit, uti liquet ex hac nota: אני שלמה הרופא ב'ר שמואל דצ'ל מעיר קפואה קניתי זה הספר ממה שאחר הטבע מקיצור בן רשד מבני מורי הרב ר' שבתי זצוק'ר ומאשתו בי' בסיון שנת ע'ט.

Fol. 1. *Notae variae adiectae ab iis, qui codicem possederant.*

Nimirum hoc folium Zerachias auctor codicis vacuum reliquerat. Inter notas haec est praecipua: ביאור על נבואת בשנת מות מלך עוזיהו מלך יהודה:. « Expositio super prophetiam de anno mortis Regis Oziae « domini Iudae ».

Fol. 2. ספר הביאור בטוב הגמור. *Liber Expositionis de bono perfecto;* opusculum Aristoteli tributum, atque ex arabica versione iterum hebraice versum a Zerachia ben Isaac Barcinonensi, cum notis in margine postea adiectis.

Inc. אמר ארסטו' כל עלה ראשונה יותר שופעת על העלול

In fine (fol. 8b): נשלמו השערים בטוב הגמור והם שערים מיוחסים לארסטו' ואיפשר שאינם לו והם לחכם אחר זולתו זרחיה בן יצחק העתיקם מלשון ישמעאל אל לשון הקודש:

„ Completae sunt sectiones de bono perfecto, quae dicuntur Aristotelis „ et alius sapientis esse possunt; et Zerachias fil. Isaaci transtulit eas ex „ lingua Ismaëlitarum in linguam sanctam „. Folia 9 et 10, utpote quae alterum ab altero opusculo distinguerent, vacua relicta fuerunt a codicis auctore. Ea explevit Salomon Rophé (eius enim manus apparet) hoc scripto: ביאור על ספור ויבא אלהים אל בלעם. „ Expositio de narratione: „ venit Dominus ad Balaam etc. „.

Fol. 11. *Averrois Expositio libri Aristotelis* שאחר הטבע, *Metaphysicorum ex versione Zerachiae ben Isaac Barcinonensis.*

Titulus est huiusmodi: המאמר הראשון ממה שאחר הטבע לארסטו׳ ביאור החכם הפילוסוף אבו אלוליד בן רשד העתקת זרחיה בן יצחק הספרדי מעיר ברצלונה: „ Tractatus primus „ Metaphysicorum Aristotelis, expositio sapientis philosophi Abù Alulid „ Ben Rasciad, translatio Zerachiae ben Isaac Hispani ex urbe Barcinona „. Inc. אמר לעמוד על האמת קשה מצד ונקל מצד. In fine (fol. 162): נשלם ספר מה שאחר הטבע מביאור בן רשד מקרטב הספרדי העתקת זרחיה בן יצחק הספרדי מן הערבי אל לשון עברי והועתק הספר הזה עם ספר השמע וספר השמים והעולם לחכם ר׳ שבתאי בן שלמה במדינת רומא העיר הגדולה שנת ה׳ אלפים ומ״ד לבריאת עולם: „ Explicit liber Metaphysicorum ex „ Expositione Ben Rasciad, a Corduba, Hispani, interpretatione Zerachiae „ ben Isaac Hispani ex arabica in linguam hebraicam; et translatus est „ hic liber, uti et liber de Acroasi et liber de coelo et mundo, in usum „ sapientis R. Sabbatai ben Salomo in civitate Roma, urbe magna, anno „ 5044 ab orbe condito (a. C. N. 1284) „. Idem opus continetur in codice nostro CLXXIII, A. VI, 10. Hunc vero Zerachiam exeunte saeculo XIII operam dedisse libris ex arabica in hebraicam linguam vertendis iussu R. Ṣabbatai, patet etiam ex epigraphe, quam adiecit ad interpretationem libri *De anima*, quamque vide in codice nostro LXXVI, A. III, 27. Eum memorat Wolfius, t. IV, p. 818, sed minus diligenter. Confer potius De-Rossium, *Diz.*, ad vocem *Zerachia Levita d'Isacco*, et Steinschneiderum, *Cat. lib. hebr. Bibl. Bodl.*, p. 2585, ubi nomen est: *Serachja* [*b. Isak b. Schealtiel Chen Barcinonensis*].

CODEX XXXIV. A. II. 14.

N. p. A. I, 8. Benc. VIII. Pas. III, t. I, p. 1.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 474. In-fol.

MOSIS EX COUCY (vulgo Kotzi vel Kotzensis) BEN IACOB, ספר מצות גדול Liber praeceptorum magnus, qui dicitur etiam per compendium סמ"ג, Samag.

Opus notum atque editum. Confer Steinschneider, p. 1795. Excidit folium primum, atque ideo pars indicis usque ad caput XVI. Fol. 6 praefatio. Fol. 15[b] incipit liber de praeceptis adfirmantibus. Veniunt in fine praecepta negantia, sed mutila; desinunt enim ad praeceptum 352. Vide Cod. A. IV, 19 et VI, 26.

CODEX XXXV. A. II. 15.

N. p. A. III, 15. Benc. XC. Pas. XXI, t. I, p. 7.

Chartaceus, saec. XV, charactere hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 147. In-fol. Pertinuit ad Leonem Sinai.

ISAAC COHEN, משך חכמה [*Mescec chocmah*] comparatio Sapientiae, Commentarius in Legem.

Prooemium incipit sic: טעמתי מעט דבש ביערת דבש ספרי החכמים הקדמונים:. Sequitur folio primo verso altera praefatio. Incipit Commentarius, vel potius sermones in Pentateuchum. Extat ad calcem operis monitum ab aequali quodam hebraeo appositum, auctorem libri esse Isaacum Cohen.

CODEX XXXVI. A. II. 16.

P. Not. lib. Cal. p. 3, n. 33.

Membranaceus, saec. XV (an. 1403) charactere rabbinico exaratus, constat foliis 292. In-fol. Male compactus.

Fol. 1. פרקי אבות [*Pirké avoth*] *Capitula Patrum, cum commentario Mosis Maimonidis hebraice reddito a Samuele Ibn Tibbon.*

Praeit Tibbonidis praefatio, succedunt octo Maimonidis capitula, eaque continentur in foliis 1-7. Consequitur textus cum Commentario; sed cum liber sit male compactus, hunc quaere in foliis 278-292. Edita omnia.

Fol. 8. Sedeciae fil. Abrahami Rofè (medici), שבלי הלקט, *Spicae collectae.*

Haec habet A. Peyron: « Singularum ערוגות *arearum*, quae sunt « duodecim, et דיכים in quae quaevis area tribuitur, accuratus index « praemittitur. Idem est ordo ac in editione veneta Bombergi an. 306, « verum tot tantaeque varietates lectionis passim offenduntur, totque ad- « ditamenta, ut satius foret codicem describere, quam seu illas, seu ista « adnotare. Indici praeit auctoris praefatio incipiens: כאשר ראיתי הצעיר הדל באלפי צדקיה בר אברהם:. Praefationi praemit- « tuntur versus acrostichi nomen צדקיה exhibentes; praefatio et versus « desiderantur in editione ». Qui codicem possedit nomen suum apposuit folio 248^{b}: ***Emanuel Raphaël Foa ben Samuel Isaac Foa.***

Fol. 249. Sedeciae fil. Abrahami Rofè, הלכות שמחות [*Hilcoth scemechoth*] *Decisiones lectae.*

Inc. תכן התם ר' אליעזר שוב יום אחד. Tribuuntur in 53 דיכים (*dinim*). Primum incipit: תכן התם ר' אליעזר. Opusculum bibliographis ignotum declarat A. Peyron. Verum plurima atque diligentissime de hoc Sedecia, seu ***Zidkijja Anaw***, refert Steinschneiderus, ***Cat. Bibl. Bodl.***, p. 2763, nec tamen hoc opusculum ab eo memoratum reperi. Est folio 271^{b}, col. 1^{a}, carmen in quo nomina ***Sedecias ben Abraham Rofè Innam*** יכעם sunt prima vocabula versuum 1, 3, 5, 7, 9.

Fol. 271*b*. הלכות ציצית ליבינו שלמה זצ״ל. *Constitutiones de Zizith*, *R. Salomonis* (*Iarchi*, *uti videtur*).

Inc. אמר ר׳ שמעון כל המקיים מצות ציצית כאילו מקיים כל המצות שנ׳ וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יי׳:

Fol. 274. *Eiusdem R. Salomonis*, ענין תפילין [*De Thephillin*].

Ad fol. 277*b* haec legitur epigraphe: ותכל כל עבודת מלאכת הקדש אשר עשיתי בזה הספר אני צדקיה נחמיה הקטן בכמוה״רר אליהו בכמר׳ צדקיה בכמר׳ קלונימוס בששי בשבת בתשעה ימים לירח תמוז שנת חמשת אלפים ומאה וששים ושלשה לבריאת עולם והוא אלף ושלש מאות ושלשים וחמשה לחרבן הבית הגדול והקדוש וכתבתיו הנה בעיר סובריכו מתא דיתבא על נהר פוטינצא לר׳ שלמה בכ״ר שבתי ז״ל ..... וקבלתי שכירותי מידו ככל אשר נדר לי .....

« Absolvi hoc opus sanctum, quod navavi in hoc libro exscribendo ego
« Sedecias Nehemias parvus fil. Eliae, filii Sedeciae, filii Kalonymi feria
« sexta, die nona mensis Tamuz, anno 5163 ab orbe condito (a. C. N.
« 1403), seu 1335 a vastatione Templi Hierosolymitani. Eumque librum
« scripsi in urbe Sobrino sita iuxta flumen Potentiam ad usum R. Salo-
« monis filii Sabtai ..... a quo pactam mercedem accepi ».

Fol. 278. Vide quae monui ad folium 1.

CODEX XXXVII. A. II. 17.

P. Not. lib. Cal. p. 21, n. C. 7.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 134. In-fol.

Fol. 1. *Isaac ben Ioseph a Corbeil*, סמ״ק [*Samak*] *sive* ספר מצות קטן, *Liber praeceptorum parvus*, *qui prodiit etiam titulo insignitus:* עמודי גולה [*ñamudè golah*] *columnae captivitatis*.

Idem in codicibus A. V, 4, 33; VI, 20, 28. Est nempe compendium maioris operis Mosis Coucy vel Kotzi, quod vide in codice nostro A. II, 14. Editum. Confer Wolf. I, p. 659; De-Rossi, *Diz.*, I, p. 173; ***Ms. Cod. hebr.***, 87, 172 etc.; Steinschneider, p. 1103. Discrepant non raro codices in numero praeceptorum, quia cum liber valde in usu fuisset apud Hebraeos, facile quisque de suo addebat vel omittebat.

Fol. 78. איסור והיתר מר' יצחק מדורא [*Issur vehether*], *illicita et licita ex R. Isaaco Durensi.*

Ac primum de [מליחה] carne salita. Inc. בשר שנמלח ושהה כדי מליחה: . Revera sunt constitutiones excerptae ex Isaaci Durensis libro, cuius titulus: שערי דורא *Portae Durae vel habitationis.* Editae; confer codices nostros A. I. 20, fol. 263 b, v. 4, fol. 263; v. 33, fol. 165.

Fol. 100 b. תשבץ [*Thasbetz*] *sive Responsa Simeonis* (*Duran*) *bar Tzemach.*

Collato codice cum editione Amstelodami, deprehendi diversum esse. Puto igitur, hic contineri breviorem librum ritualem a Simeonis illius opere depromptum.

Fol. 126 b. *Index Parascioth et Aftaroth totius anni.*
Fol. 132. קביעות השנה. *Definitio temporis*, *seu Calendarium.*

CODEX XXXVIII. A. II. 18.

N. p. A. III, 12. Benc. LXXXVI. Pas. XVIII, t. I, p. 6.

Partim chartaceus, partim membranaceus, saec. XV (an. 1466) charactere hispanico a Samuele Pinchas exaratus, constat foliis rec. num. notatis 333. In-fol.

רלב"ג RALBAG, sive R. Levi ben Gerson commentarius in Legem.

Ad calcem libri I et II (fol. 71^{b} et 148^{b}) indicatur ab auctore annus, quo libri ab auctore sunt expleti, nempe 6090 ab orbe condito. Commentarius autem expletus dicitur (fol. 333) in urbe *Hyssopi*. Ultimum folium, quod epigraphen refert, intercidit dimidia parte. Nomen librarii adhuc legitur *Samuel Pinchas*, aeque ac *dies tertius mensis marchesvan* et *sextus millenarius*. Sed annum omnino per סימן discimus ex hisce: וסימן ליה ה'ר'ם את מטה לוי:, nempe annum 5245 (a. C. N. 1466).

CODEX XXXIX. A. II. 19.

N. p. A. VI, 22. Benc. LXXXVI extra ord. Omissus a Pasino. Wolf. t. IV, p. 811, A. VI, 21.

Chartaceus, saec. XVII (an. 1622), hebraice charactere quadrato, et italice exaratus, constat foliis rec. num. notatis 87, praeter quinque vacua in fine. In-fol. Optime religatus cum stemmate Ducum Sabaudiae et exterius et in prima charta. Ornatus calamo ductus, coronae instar, tenet marginem cuiusque pagellae. Codicis initium fit sinistrorsum more italico. En operis titulum italice ab auctore praepositum:

« Libro lattino hebraico con sua dichiaratione volgare « intitolato in lingua hebraica עטרת תפארת שאבויה che « uol dire Corona di gloria di Savoia. Nel quale si notti- « fica al mondo l'infinita gloria grandezza della santità et « diuinità che Iddio benedetto ha signifficato e preditto nella « santa legge per mano di Moise con una parola hebraica « che dice Acades con la quale uien dinottato il diuino « nome et cognome del serenissimo Carlo Emanuele Duca « di Savoia et sua ser.^{ma} prole. Opera noua et bell.^{ma} fatta « in Torino li trenta Agosto MDCXXII. Per Diodato Segre « hebreo di Torino ».

Auctor laudes Caroli Emmanuelis I prosequitur, veluti si illae iam in sacris libris continerentur. Carolus Emmanuel litteris hebraicis multum fovit. Memorat hunc codicem ex Wolfio Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2087, ubi ad nomen auctoris *Deodato Segre* habet: procul dubio *Natanel.* Non recte doctus vir suspicatur hunc codicem descriptum fuisse a Pasino sub n° LXV. Vide in codice A. II, 22, alterum eiusdem auctoris opusculum.

CODEX XL. A. II. 20.

N. p. A. V, 5. Benc. CXXXIV. Pas. XXXVI, t. I, p. 9.

Membranaceus, saec. XIV vel XV, eleganti charactere quadrato crassiori, partim cum punctis vocalibus, partim sine punctis, praestantissimus ob litteras et ornatus auro et vario colore expressos, constat foliis 30. In-fol. parvo.

הגדה HAGGADAH, Rituale seu Preces Paschatis.

Incipit ex nota liturgica: אור לארבעה עשר. Prior littera א auro obducta est in picto fundo. Quarto folio verso et quinto recto sunt duae picturae imagunculis refertae, atque prae caeteris insignes.

CODEX XLI. A. II. 21.

P. Not. lib. Cal. p. 4, n. 37.

Membranaceus, ineunte saec. XIV (a. 1305) charactere rabbinico, constat foliis 285. In-fol.

NATHAN BEN IECHIEL, הערוך [*Hañarùch*] Dispositum, Lexicon Talmudicum.

Editum pluries. Codex noster loca anti-christiana servat integerrima non secus ac codex De-Rossianus 140. In fine haec legitur epigraphe:

אני שלמה בר' עמנואל ממגדול מונטילץ מאדניו השר ברטראל דלבבץ כתבתי [Complura erasa fuere] ספר הערוך ספר המפרש השמות הכבדים מתלתא סדרי שחבר אדם מרומה (?) שעשה ספר הערוך וסיימתיו בחדש טבת שנת המשה אלפים וששים וחמש למנין שאנו מונים מבריאת עולם: „ Ego Salomon filius „ Emmanuelis e (migdol) turri מונטילץ domini Principis Bertran De „ Lopez scripsi ... librum hañaruch, librum in quo declarantur diffici„ liora nomina trium ordinum, quem composuit vir e Roma (?), qui fecit „ librum hañaruch, eumque explevi mense Tebeth anni 5065 secundum „ computationem, quam nos computamus ab orbe condito (a. C. N. 1305) „. V. cod. XIX. De loco *Montils* A. Peyron l. c. habet: *anne pagus Santonum in Gallis?* Addam: anne *Montelice?* Pariter vir ille doctissimus nomen דלבבץ vertit *Delbabaz*. Anne *De Lopez?*

CODEX XLII. A. II. 22.

Non recensetur in superioribus Catalogis.

Chartaceus, saec. XVII (an. 1622) partim hebraice charactere quadrato, partim italice exaratus, constat foliis quindecim. In-fol. Tria folia in fine excisa fuisse videntur, nec tamen opus est mutilum. Aureum stemma Ducum Sabaudiae exterius tegumentum adornat.

« Libro intitolato in Lingua hebraica כזר הקדש משבויה « che in volgare vuol dire Divina Corona di Savoia. Atteso « che in esso si fa noto al mondo l' infinita grandezza, « altezza, e santità, che per la lingua hebraica (e non per « niun altra) vien significato l'Alt.^{mo} et Sant.^{mo} nome e « cognome del Ser.^{mo} Carlo Emanuele Duca di Savoia, « con alcune ottaue hebraiche dechiarate anche in volgare,

« in Lode di esso, e della Ser.ma Casa: Di Diodato Segre
« hebreo. In Torino il Primo di Maggio 1622 ».

In folio tertio est pictum stemma Cardinalis Mauritii filii Caroli Emanuelis I. Sequuntur laudes partim prosa oratione, partim versibus, partim italice, partim italice simul et hebraice inscriptae Duci, eiusque filiis, eadem fere ratione, qua exhibentur in Codice A. II, 19.

CODEX XLIII. A. II. 23.

N. p. A. IV, 20. Benc. CXXIV. Pas. XXVIII, t. I, p. 8.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato germanico, cum punctis vocalibus, constat foliis rec. num. notatis 221. In-fol. p.

MACHAZOR GERMANICUM BREVIUS pro anni initio et die Expiationis.

Sunt in eo complura a christiano censore deleta.

CODEX XLIV. A. II. 24.

N. p. A. III, 9. Benc. LXXXIV. Pas. XV, t. I, p. 6.

Membranaceus, saec. XV, elegantissimo charactere rabbinico, constat fol. rec. num. notatis 202. In-fol. parvo.

MENACHEM REKANATI, COMMENT. IN LEGEM.

Editus pluries. Inter folium 201 et ultimum 202, est lacuna aliquot foliorum. Ad calcem adnotatum est, ultimam *parasciah* ab auctore non fuisse illustratam.

CODEX XLV. A. II. 25.

N. p. A. IV, 14. Benc. CXIV. Omissus a Pasino.

Membranaceus, saec. XIII, charactere germanico exaratus, constat foliis 170. In-fol. parvo. Valde mutilus.

MACHAZOR HISPANICUM pro Paschate, Pentecoste, festo Tabernaculorum et Simchath thoràh.

Codex vel ab initio mutilus incipit a prece אתה בחרתנו, quae solemnioribus festis recitatur. Fol. 4, פיוטים *Piutim*, seu hymni varii generis. Fol. 35, *Piutim* pro festo Encaeniorum. Fol. 56[b] integer ordo: הגדה *Haggadàh*. Fol. 62 usque ad finem codicis: Preces pro septimo die Paschatis, Pentecoste, festo Tabernaculorum, et festo שמחת תורה. Sed omnia valde mutila. Interiecta est (fol. 66[b]) pactio, qua Eliezer b. Isaac Cohen hunc codicem vendidit quinque et quadraginta denariis Azariae b. Eliezer.

CODEX XLVI. A. II. 26.

N. p. A. IV, 19. Benc. CXXIII. Omissus a Pasino.

Membranaceus, saec. XIII, charactere quadrato cum punctis vocalibus exaratus constat foliis rec. num. notatis 356. In-fol. parvo. Mutilus passim.

MACHAZOR GERMANICUM pro quibusdam Sabbathis, festo Purim, Paschate, Pentecoste, die nono Ab.

Multa sunt erasa.

CODEX XLVII. A. II. 27.

N. p. A. IV, 12. Benc. CXII. Omissus a Pasino.

Membranaceus, saec. XIII, charactere quadrato cum punctis vocalibus exaratus, constat foliis rec. num. notatis 325. In-fol. parvo. Mutilus passim.

MACHAZOR GERMANICUM pro anni initio, die Expiationis et festo Tabernaculorum.

Cum figuris animalium.

CODEX XLVIII. A. II. 28.

N. p. A. VI, 19. Benc. CLXXXVII. Pas. LVII, t. I, p. 20.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico a manu arabica exaratus, constat foliis 128 (male num. notatis 125). In-fol. parvo.

ACHMET BEN ABRAHAM BEN ABI CALED צידת הדרכים [*Tzedath hadderachim*] Viaticum itinerum. Opus medicum ex arabica lingua in hebraicam versum a R. Mose Tibbonide.

Praeit Tibbonidis praefatio, omisso tamen illius nomine, quod praefigitur in aliis codicibus. Incipit enim sic: אמר מעתיק הספר זה. Iam vero nomen innotuit ex codice nostro A. V, 34, De-Rossiano 154 et Bodleiano olim 57. Arabici auctoris nomen sic legitur: אחמד בן אברהם בן אבי כלד. Confer quae moneo ad Cod. A. V, 34 et Steinschneiderum, *Conspectus Cod. Mss. hebr. in Bibl. Bodl.* (Ad calcem *Cat. Lib. hebr.*) pag. 16, ubi opus sic describitur: ***Ahmed (Ibn ol G'ezzar)*** *Viaticum hebr. per Mos. Ibn Tibbon.* Wolf., t. I, III, n. 29.

CODEX XLIX. A. II. 29.

P. Not. lib. Cal. p. 4, n. 44.

Chartaceus, saec. XV, charactere hispanico exaratus, constat foliis 190. In-fol. parvo.

DAVID BEN IOSEPH BEN ABUDERAHIM (vulgo Abuderaham). Interpretatio precum totius anni.

Pro titulo haec leguntur: בעזרת אלהי קדם שוכן מעונה אחל לפרש תפלות כל השנה מר׳ דוד בר׳ יוסף בן אבידרהם. Dein incipit liber: אמר דוד בר׳ יוסף. In fine legitur haec auctoris epigraphe versibus conscripta:

שנשלם פירוש הברכות והתפילות
בעזרת האל אשר לו נתכנו עלילות
וחברתיו אני דוד באשביליא המפוארה
בשנת חמשת אלפים ומאה ליצירה

. . . .

« Explicit interpretatio Benedictionum et Precum, auxilio Dei, cui referuntur actiones, et composui illam ego David in inclyta urbe Sevilia (Hispali) anno ab orbe condito 5100 (a. C. N. 1340) ». Non recte A. Peyron hanc epigraphen librario tribuit. Nomen auctoris in codice legitur אבידרהם *Abidraham*; Calusius autem manu sua adnotavit: « rectius ut Arabes genitivo casu. At Hebraei vulgo hunc ipsum librum vocant *Avudraham*, ut refert Wolfius t. I, n. 471, editum Constantinopoli a. Chr. 1514. Venet. a. 1546 etc. ». Steinschneiderus habet *David Abu Derahim*. Confer Wolf., I, p. 289; III, p. 177. De-Rossi, *Diz.*, I, 59. Steinschneider, *Cat. Bibl. Bodl.*, p. 855.

CODEX L. A. III. 1.

N. p. A. III, 14. Benc. LXXXIX. Pas. XX, t. I, p. 6.

Chartaceus, saec. XV, a duobus librariis exaratus, constat foliis rec. num. notatis 156. In-fol. parvo.

ABRAHAMI ABEN EZRAE COMMENTARIUS IN PENTATEUCHUM.

Fol. 1 in *Genesim;* fol. 36 in *Exodum;* fol. 90[b] in *Leviticum;* fol. 112[b] in *Numeros;* fol. 133 in *Deuteronomium.*

In fine alter librarius adnotavit: אני שמואל בר' יצחק נ'ע סיימתי זה ספר ן' עזרא והוא למבין המשכיל לאל אשר יפנה ישכיל דון יצחק אל כליל: « Ego Samuel fil. R. Isaaci f. m. complevi hunc librum Aben Esrae, eumque in usum intelligentis felicis (quem Deus prosperum faciat) Domini Isaaci Al Calil etc. ».

CODEX LI. A. III. 2.

N. p. A. IV, 21. Benc. CXXV. Pas. XXIX, t. I, p. 8.

Membranaceus, saec. XIV, charactere germanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 262. In-fol. parvo.

ORDO BENEDICTIONUM.

Folium primum a recentiore adiectum est, in quo verso haec leguntur: זה סדר חיבור ברכות שלכל דבר: « Hoc est formularium benedictionum in omnibus adiunctis ». Dein interiecto vacuo spatio: עמרם גאון בר' שישנא ריש מתיבתא דמן מתא מחסיא לרבנא יצחק בריה דרבנא שמעון: « Amram Gaon filius R. Scescanà Praeses Academiae civitatis Machasià pro Isaaco ben Rabbenu Scimeone ». Sunt,

folio 189, addimenta paullo recentiora, ac folio 261 quaedam commenta R. Iehudae Chasid in aliquot Parascioth; passim preces etiam interiectae sunt pro diebus festis.

CODEX LII. A. III. 3.

N. p. A. II, 2. Benc. XXVII. Pas. IX, t. I, p. 3. Wolf. t. IV, p. 882. A. II, 1.

Chartaceus, saec. XVI ineunte (a. 1505-1509), a duobus librariis charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 267, praeter aliquot vacua. In-fol. parvo.

OPERA ASTRONOMICA.

Fol. 1. *Isaac Israëli, vulgo Israëlitae (iunioris) ben Ioseph*, יסוד עולם [*Iesod ñolam*] *fundamentum mundi. Cum figuris.*

Ad calcem operis (fol. 165) haec leguntur: ... נשלם ספר יסוד עולם שנת הרס״ח ליצירה בחדש אדר ב״ב ימים ממנו והיה השלמתו פה עיר קוטרון: « Explicit liber fundamentum mundi anno 5268 ab » orbe condito (a. C. N. 1508) mense Adar, die 12 ..., et fuit finis hic » in urbe Cotrona ». Opus editum. Confer Steinschneider, p. 1125. Huius operis commentum, auctore Salomone Korkos, vide in Codice nostro A. VI, 7, fol. 296.

Fol. 165[b]. *Isaac ben Salomo ben Tzaddik Alchadib vel Alchadev* אגרות כלי חמדה, *Epistolae (Cheli chemdah) instrumentum desiderabile, seu de astrolabio.*

Prima tantum epistola extat in hoc codice, quae constat tribus שערים, atque incipit: אמר יצחק בן שלמה בן צדיק המכונה בן אל אחדב ספרדי בתיקון מקום ז׳ כוכבי לכת האמתי וישרותם ועמידתם יש מן חקושי ומן היגיעה בכל מין ממיני הלוחות: Idem opus contineri videtur in Codice Vaticano CCCLXXIX. V. Assemani, *Cat.*,

p. 352. De hispanico auctore Alchadib (gibboso), confer De-Rossi, *Diz. Aut. Eb.* ad vocem *Alchadev*, et Steinschneider, *Cat. lib. Bibl. Bodl.*, p. 1086, cui fusius de eo disserendum erit in *Cat. Cod. Ms.* Oculos Pasini opusculum hoc effugit.

Fol. 169. *Tabulae astronomicae LV.*

Notatu digna mihi videtur tabula XIX: לוח אורך המדינות ורחבן ומדת מרחקן מטבור הארץ: « Tabula longitudinum provinciarum » (Hispaniae) et earum latitudinum, et quantum distent a centro terrae » (nempe Hierosolyma) ».

Fol. 197. *Isaac Israëli ben Ioseph*, שער השמים, *Porta coeli. Liber astronomicus ad filium Iosephum.*

Titulus est huiusmodi: שער השמים שיסד ר' יצחק בר' יוסף נ"ע בן ישראל בחכמת התכונה ומסרו לבנו ליוסף: Hoc opusculum praetermisit Pasinus. Idem opus in Codice De-Rossiano 1338, et Bodleiano, olim 363.

Fol. 259. *Tabulae astronomicae.*

In interiori libri operimento sub finem codicis adnotatur annus, qui respondet anno a C. N. 1509.

CODEX LIII. A. III. 4.

N. p. A. V, 26. Benc. CLV. Pas. XLIII, t. I, p. 17. Wolf. t. IV, p. 836, A. V, 25.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico ab Anscil ben Natan partim exaratus, constat foliis rec. num. notatis 214. In-fol. parvo.

Fol. 1. *Adnotationes variae.*

Fol. 3. *Samuelis Ibn Tibbon ben Iehuda*, מאמר יקוו המים *Tractatus: congregentur aequae.*

Liber philosophicus editus. Confer Steinschneider, p. 2491. Nomen amanuensis adiectum est folio 109: אנשיל בן נתן.

Fol. 111. *Argumenta Capitulorum Moreh Nevuchim*, *usque ad cap.* 53.

Fol. 121. *Anonymi commentarius in librum Moreh Nevuchim Mosis Maimonidis in tres partes distinctus.*

Pars I, fol. 121b. Praemissis versibus Isaiae cap. VI, 1-9, auctor sic opus exorditur: ופירושו של המרכבה בשנת מות המלך עזיהו וכו' בראש פרק מה' מחלק השני ראה יחם השגחת באימת הרואה ובאבוד רשעים רנה ואת הנבואה צלולה כי אין הנבואה שורה לא מתוך עצלות .....: etc. Pars II, fol. 136. Pars III, fol. 197, usque ad finem voluminis.

CODEX LIV. A. III. 5.

N. p. A. IV, 22. Benc. CXXVI. Pas. XXX, t. I, p. 8.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato cum punctis vocalibus a manu hispanica exaratus, constat foliis rec. num. notatis 175. In-fol. parvo.

MACHAZOR GERMANICUM pro Paschate, Pentecoste et ieiunio Ab.

CODEX LV. A. III. 6.

N. p. A. II, 9. Benc. XXXIV. Omissus a Pasino et Wolfio.

Chartaceus, saec. XVII, constat foliis 43. In-fol. parvo.

LIBER CABALISTICUS ANONYMI, Duci Carolo Emmanueli inscriptus.

Auctor est nescio quis hebraeus, qui christianam religionem amplexus fuerat.

CODEX LVI. A. III. 7.

N. p. A. IV, 24. Benc. CXXVIII. Pas. XXXII, t. I, p. 8.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato cum punctis vocalibus exaratus, constat foliis rec. num. notatis 216. In-fol. parvo.

MACHAZOR GERMANICUM pro anni initio, diebus Poenitentialibus, die Expiationis et festo Tabernaculorum.

Multa sunt librarii menda.

CODEX LVII. A. III. 8.

N. p. A. IV, 23. Benc. CXXVII. Pas. XXXI, t. I, p. 8.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato cum punctis vocalibus exaratus constat foliis rec. num. notatis 375. In-fol. parvo.

MACHAZOR GERMANICUM pro anni initio, die Expiationis et festo Tabernaculorum. Mutilus.

In primo folio recto legitur: [מנחם מפיסא המגיה] *Menachem De Pisa corrector*. Sequitur Index *Piuthim*.

CODEX LVIII. A. III. 9.

P. Not. lib. Cal. p. 4, n. 53.

Membranaceus, saec. XV, charactere quadrato cum punctis vocalibus manu germanica exaratus, constat foliis 189. In-4° mai. Adiecta est scheda illustris Calusii de hoc libro.

MACHAZOR GERMANICUM.

Incipit a precibus Sabbathi Scekalim; desinit in precibus ieiunii diei nonae mensis Ab. In oratione מי כתן ראשי laudantur urbes Spira, Worms, Moguntia atque Colonia.

CODEX LIX. A. III. 10.

N. p. A. VI, 11. Benc. CLXVII. Pas. LIV, t. I, p. 18. Wolf. t. IV, p. 775, A. V, 37.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico crassiore, satis nitido et eleganti, partim rubro, partim nigro atramento exaratus, constat foliis rec. num. notatis 202. In-fol.

HIPPOCRATIS APHORISMI cum Commentario Galeni. Ex arabica Chonaini fil. Isaaci versione hebraice reddidit Nathan Hanavi [נתן הנביא], forsan Hamati.

Hippocratis textus minio scriptus mire nitet inter commentaria Galeni colore nigro exhibita. In margine ad textum, sed alia manu, sunt vocabula quaedam arabica ex arabica versione deprompta ac litteris hebraicis cum punctis vocalibus transcripta.

— fol. 1. Index partium et capitulorum eadem manu apposita, ac quae notas in margine adiecit.

— fol. 2. Titulus ex arabica versione: ספר הפרקים לאבקרט בפירוש גאליכוס העתקת חנן בן אסחק הישראלי מלשון יון ללשון ערבי: *Liber Aphorismorum Hippocratis cum commentario Galeni; interpretatio Chanen ben Ischak Israëlitae ex lingua graeca in linguam arabicam.*

— fol. eodem. Interpres hebraeus arabico titulo haec statim subdit: אמר נתן הנביא: כשמעי חכמי הנוצרים חרפונו ויננו אותנו בחסרון ספרים רבים אשר נפקדו מאתנו

קנאתי קנאה גדולה ואמשוך בקסת הסופר והעתקתי הספר הזה. . . . *Dixit Nathan Hanavi: sicuti accepi, quidam ex christianis sapientibus nos exprobrarunt ac de nobis questi sunt, quod multi desiderentur libri, quos illi a nobis expetunt. Ecquidem vehementer accensus fui, et manum admovi ad atramentarium scribae et transtuli hunc librum* etc.

— fol. 54[b]. Nomen arabici scriptoris rectius, quam in titulo, sic scriptum est: חניך בן יצחק *Chonain ben Isaac.*

Non recte legit Pasinus פוקראט pro אבקרט et אשחק pro אסחק. Iam dubium esse nequit, quin arabs interpres חנן בן אסחק vel חניך בן יצחק sit christianus ille *Chonain fil. Isaac*, vulgo *Iohannitius*, seu, uti habet Steinschneiderus, *Honein seu Chonein*, *Abu Zeid b. Isak b. Soleiman et Ibaadi. Israëlita* autem pro *Ismaëlita* a librario minus diligenti scriptum videtur. Verum constat, Chonain arabice vertisse aphorismos Hippocratis; quae versio hebraice postea reddita est. A quo nam? Unus, quod sciam, codex noster habet *Nathan Hanavi;* bibliographi autem adfirmant (quod tamen negare videtur Steinschneiderus) arabicam Chonaini versionem redditam esse a *Nathan Hamati.* Num igitur in codice nostro *Hanavi* scriptum est pro *Hamati?* Id mihi verisimile videtur. Nam nomina personarum immutare solet librarius noster, uti ישראלי, אבקרט, אסחק: Vide quae refero ad codicem nostrum CCXLII. A. VII, 30; confer etiam De-Rossi, *Diz. Aut. Arabi*, pag. 102 ad vocem *Chonain;* eiusdem *Diz. Aut. Hebr.*, ad vocem *Amati;* eiusdem *Ms. Cod. Hebr.*, ad cod. 927; Assemani, *De Cathaliis seu Patriarchis Chald. Comm.*, pag. 103, col. 2; Assemani, *Bibl. Orient.*, tom. I, pag. 639; Hotting, *Bibl. Orient.*, pag. 217, 222, 223, 226; Steinschneider, *Cat. lib. Hebr. Bibl. Bodl.*, ad vocem *Honein* et ad vocem *Nathan Hamati.* Id ecquidem addam, in *Masudi* historia, quam edidit Sacy, *Extraits des Mss.*, tom. VIII, pag. 166 (vel 35) commemorari Honainum filium Ishaki, qui textum graecum septuaginta interpretum in arabicam linguam convertit.

CODEX LX. A. III. 11.

N. p. A. III, 13. Benc. LXXXVIII. Pas. XIX, t. 1, p. 6.

Membranaceus, saec. XIV (a. 1306), charactere hispanico ac duplici columna exaratus constat foliis rec. num. notatis 234. In-fol. parvo.

R. SALOMONIS ISAACIDIS, seu Iarchi, vulgo Rasci, commentarium in Pentateuchum (cum notis in margine).

Editum pluries. In ultima pagella codex expletus dicitur בסו׳ לפרט בחדש טבת ב׳ פה בלונץ ..... בין נהר טרא ונהר אישל: « Anno 66 ab orbe condito (a. C. N. 1306) mense Teveth, die secundo, » hic בלונץ (Belonatz, Luntz, Lintz?) ..... inter flumen Fra et flumen » Iscil (?) ».

CODEX LXI. A. III. 12.

N. p. A. VI, 14. Benc. CLXXV. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XVI, constat foliis 108. In-fol. min.

FARRAGO MEDICA ET CHIMICA, NEC NON ET ASTROLOGICA.

— fol. 1. *De morbis mulierum.*
— fol. 16. *De vulneribus et de podagra.*
— fol. 19. *Amuletum cum signis astrologicis.*
— fol. 19^b. *Varia praescripta medica.*
— fol. 37. פרח הרפואה. *Flos medicinae, auctore* [גביטייר] *Gebetier* (?).

Inc. בראותי הספר הזה ובהכירי מעלתו ומעלת מחברו הידוע גביטייר וקראהו פרח הרפואה העירני רוחי להעתיקו: « Cum

» viderem hunc librum, atque animadverterem illius praestantiam et prae- » stantiam auctoris, qui innotuit nomine Gebetier, atque illum insignivit » titulo: Flos medicinae, in desiderio fui illius hebraice reddendi etc. ». Legitur in fine (fol. 43): » Absolutum fuit hoc opus, cui titulus est Flos » medicinae, die veneris, 8 Illul, a. 323 (a. C. N. 1563) in urbe קליב'ה ».

— fol. 26. *Praescripta quaedam magica.*

— fol. 105. *Divinationes ex Sideribus.*

CODEX LXII. A. III. 13.

N. p. A. VI, 18. Benc. CLXXXVI. Pas. CLVI, t. I, p. 59. Wolf. IV, p. 833 et 963, A. VI, 17.

Chartaceus, saec. XV, charactere hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 213, praeter aliquot vacua nullo numero notata. In-fol. parvo. Ex chartarum ordine perturbato mira in scriptis perturbatio.

Fol. 1. *De generatione animalium*, ignoto auctore.

Constat opus XIX capitulis. Sed mutilum in codice nostro incipit a cap. XVI hisce verbis: ונקבה הוא לפי שאלו המינים הם נמצאים בסוג ההולך ר'ל המתנועע בעצמו: Referam, speciminis causa, primas lineas cap. XVII: ובעבור שספר במאמרים הקודמים איכות תולדת הב'ח אשר יוליד חי בגופו ומה שיוליד ביצים ר'ל שכבר באר איך הענין בהולדה אשר תהיה מזכר ונקבה: Perperam omnino Pasinus opus hoc definivit: ביאור הפילוסוף אבן רשד לספר האותות: » Commentarius Philosophi Aben Rasciad, idest Averrois, in » librum Meteororum Aristotelis ». Nimirum ad calcem opusculi (fol. 45 b) apposita est annotatiuncula, cuius haec sunt priora verba: הפילוסוף אבן רשד בביאורו האותות לספר: His verbis deceptus est Pasinus, et paullum immutatis titulum operis effinxit. Verum nec opus est de meteoris, neque in illa nota quidquam innuitur de eo quod Pasinus adfirmavit. Ea enim sic latine sonat » Philosophus Aben Roscd in suo com- » mento ad librum האותות cap. XVI exposuit aliam esse naturae foeminae,

„ aliam nivis; exposuit autem quibusdam argumentis, quae auctori (supe- „ rioris opusculi) visa sunt contradicere sensibus „. Dein haec epigraphe: והיתה השלמה . . . כב ימים לחדש ניסן רכ"ט לפרט . . . מאיר מר' יצחק הכותב . . . וכתבתיב לר' משה קשטליון פה עיר ווילה: „ Et fuit finis ... die 22 mensis Nissan, anno 229 ab orbe „ condito (a. C. N. 1469) ... Meir fil. R. Isaaci scriba ... et scripsi in „ usum R. Mosis Castalion hic in urbe Waila „.

Fol. 46. אגרת בעלי חיים. *Epistola animantium. Ex arabica lingua in hebraicam convertit R. Kalonymos fil. Kalonymi.*

Edita est. Confer Steinschneider, *Cat. lib. Bibl. Bodl.*, p. 1579. Nescio quae praefatio in codice nostro sic incipit: ה' בוראי ראשית הכל אלי בו רבו גם ירבו מהללי כי יצר רוח חן בכסלי מכסא כבוד היתה עלי וכו': Sequuntur octo et triginta proverbia ex quibusdam animalium proprietatibus ducta. Hoc sit exemplum:

פלוני נדיב יותר מן התרנגול:
פלוני מואס ריח השואים יותר מן הנמלה:

Editionem operis recensens A. Peyron, *Not. lib. Cal.*, p. 53, haec habet: „ De-Rossius, *Dizion. Aut. Ebr.*, I, 180, ex epigraphe libri Even bochen „ colligit anno 1240 Kalonymum egisse annum 83 aetatis suae. Philologum „ Parmae secutus est Silvester de Sacy, qui multa de hoc libro disputat: „ dolendum tamen mendoso bibliothecae Parisiensis codice usum esse „. V. *Notice d'un Manuscrit hébreu de la Bibl. Imp.*, n. 510 etc. Prodiit in *Notices et Extraits de divers Manuscrits* etc. Paris 1813.

Fol. 124. *Iehudae Levi ben Samuel* ס' הכוזרי, *Cuzari.*

Valde mutilam incipit, fol. 124*b*, ab extrema parte tertii tractatus sic: אמר הכוזרי לא ראיתי ולא שמעתי. Ordo foliorum perturbatus est. Folia 170-175 interiecta sunt ex alio opere. Ad fol. 176 redit textus *Cuzari*, sed mutilus in fine.

Fol. 186. *Samuelis Tibbon*, מלות זרות, *voces exoticae quae occurrunt in Morèh nevuchim.*

Folia 197-204 interiecta opus interrumpunt, quod tamen prosequitur ad fol. 205 ad finem (fol. 213) סליק ע"י משה משפירא.

Fol. 197. *Mosis Maimonidis ad Samuelem Tibbon epistola.*
Nota ex compluribus codicibus. Desinit ad fol. 203.

CODEX LXIII. A. III. 14.

N. p. A. IV, 11. Benc. CXI. Pas. XXIV, t. I, p. 7.

Membranaceus, saec. XV, charactere quadrato cum punctis vocalibus exaratus, constat foliis rec. num. notatis 602. In-4°.

MACHAZOR GERMANICUM pro diebus non profestis, pro die Expiationis et festo Tabernaculorum.

Fol. 469, librarius nomen suum apposuit: חזק הסופר יואל בר' שמעון ז'ל ..... פה בעיר קרימונא על נהר פוא [לר'] אברהם בר' יעקב ז'ל [. . ו . . .] הנה בת ר' ישעיה הסופר ז'ל: « Fortis esto scriba Ioel fil. R. Simeonis f. m. ..... hic in urbe Cremona ad flumen Padum in usum R. Abrahami fil. R. Iacobi ..... [et mulieris eius] Annae filiae R. Iesaiae scribae f. m. ». Verum liber ad Psaltarum usum comparatus esse videtur. Nam eaedem preces saepe ex integro rescribuntur, ut, quamvis codex vix partem Machazor contineat, sit magni voluminis.

CODEX LXIV. A. III. 15.

P. Not. lib. Cal. p. 4, n. 60.

Membranaceus, saec. XV, nitidissimo charactere quadrato cum punctis vocalibus, nitidissimis etiam membranis, nec non et minio et picturis conspicuus, constat foliis 466 nullo numero notatis.

MACHAZOR GERMANICUM.

CODEX LXV. A. III. 16.

N. p. A. VI, 12, Benc. CLXXII. Pas. LV, t. I, p. 19. Wolf. t. IV, p. 931, A. VI, 12.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico a manu arabica exaratus constat foliis rec. num. notatis 260, quorum postrema damno affecta sunt. In-fol. parvo.

NATHAN BEN R. IOEL BEN PALKIRA vel Palquera, צורי הגוף [*Tzori hagguf*] Opobalsamum corporis. Opus medicum.

Cave, ne cum Bencinio legas צֻוּרֵי *figurae;* satis enim patet, auctorem voluisse צוֹרִי *opobalsamum,* quam lectionem pro biblica voce צְרִי mendosam in codice nostro existimarem (uti et Wolfius, t. IV, p. 931) nisi eam probarent alii codices, ita ut dicenda sit forma rabbinica. Incipit liber a quadam prece sic: ישתבח ויתבאר האל הגדול. Praefatio autem incipit sic: אמר נתן בר' יואל בן פלקירא תהלה ליוצר . . . . . Sequitur (fol. 6) index totius operis in IV partes distincti: Pars I (fol. 6) *De theorica*, dividitur in III tractatus; Pars II (fol. 8) *De practica*, uno tractatu absolvitur; Pars III (fol. 56) *De omnibus morbis*, in XII tractatus; Pars IV (fol. 70) *De balsamis*, in III tractatus, ex quibus secundus et tertius nihil aliud sunt, quam *Indices ordine alphabetico herbarum, plantarum, balsamorum, adiecta in margine peculiarum quorumdam nominum italica interpretatione litteris hebraicis exarata*. Opus est ineditum, illudque eodem titulo צורי insignitum continetur in altero codice nostro A. V, 5, in Vaticano CCCLXX (V. Assem., *Cat.*, p. 346), in De-Rossiano 1343 (V. *Ms. hebr.* III, p. 149), nescio quo titulo, sed eodem, uti verisimile est, in codice *Bibl. Coll. Par. Soc. Iesu* (V. Wolf., t. III, p. 850), atque ἀκέφαλος in Bodleiano olim 3758 (*Id.*, t. IV, p. 931). Immerito Pasinus Wolfium redarguit, quod scripserit הכוף; non enim animadvertit, mendum, quod male edoctus Wolfius admisit t. I, p. 92, splendide correxisse t. III, p. 850. De Nathan Palkira nihil compertum habeo. Alter scriptor extitit Scemtob, qui vocatus est *Palkira*, atque simili titulo opus dissimilis argumenti appellavit צרי היגון.

CODEX LXVI. A. III. 17.

N. p. A. IV, 10. Benc. CX. Pas. XXIII, t. I, p. 7.

Membranaceus, saec. XV, charactere quadrato exaratus modo cum punctis, modo sine punctis vocalibus, constat foliis nitidissimis, rec. num. notatis 553. In-4° mai. Duae picturae, auro etiam splendidae, codicem exornant; altera partem versam folii primi, altera tenet rectam folii 337.

MACHAZOR ITALICUM.

Accedunt (fol. 550) charactere paullo recentiori *acta* ווידויים [*Viduim*] *pro Confessione*, transcripta, uti adnotatum est in fine, ab *Eliachim fil. Eliezer de Fano in usum Isaaci fil. Menachem Mutinensis secundo die mensis Chislev anni 284 (a. C. N. 1524).*

CODEX LXVII. A. III. 18.

N. p. A. V, 4. Benc. CXXXIII. Pas. XXXV, t. I, p. 9.

Chartaceus, saec. XVI, charactere germanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 129. In-fol. parvo.

MACHAZOR GERMANICUM pro die Expiationis.

CODEX LXVIII. A. III. 19.

N. p. A. III, 10. Benc. LXXXV. Pas. XVI, t. I, p. 6.

Membranaceus, saec. XIV, charactere exaratus hebraico-hispano et duplici columna, constat foliis rec. num. notatis 260. In-fol. parvo. Mutilus initio et fine.

Fol. 1. *R. Salomonis Isaacidis, vel Iarchi, vulgo Rasci, Commentarium in Thorah, seu Pentateuchum.*

Aliquot folia exciderunt initio, ita ut Commentarium incipiat mutilum a capite XXI. וירא sic: אחר תעבורו אחר תלכו כי על כן עברתם Quae verba vide in editione Sabionetae, Foà, 1557, in-4°, fol. 10, lin. 29.

Fol. 189[b]. *Eiusdem R. Sal. Iarchi, Commentarium in V Meghilloth, seu Canticum Canticorum, Ruth, Threnos, Ecclesiasten, Esther.*

Extant in memorata editione Sabionetae.

Fol. 224. *Eiusdem R. Sal. Iarchi, Comm. in Haphtaroth.*

CODEX LXIX. A. III. 20.

N. p. A. II, 1. Benc. XXVI. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 212. In-fol. parvo.

ISAACI ISRAËLI (vel ISRAËLITAE) BEN IOSEPH יסוד עולם [*Iesod ñolam*] fundamentum mundi. Opus mathematicum, cum figuris.

Incipit liber mutilus hisce verbis: ולהטות ברכות נסוכות ערוכות לעם אל מזבולו על מי מנוחות ישלח שרשיו ופרי תבונות יככר: Desinit opus mutilum ad cap. 17, partis V. Integrum vide in Codice nostro A. III. 3, fol. 1.

CODEX LXX. A. III. 21.

N. p. A. II, 10. Benc. XXXV. Pas. XII, t. I, p. 5. Wolf. t. IV, p. 830, A. II, 9.

Membranaceus, exeunte saec. XIII (a. 1290), charactere rabbinico exaratus constat foliis rec. num. notatis 26. In-fol. parvo.

Adiecta sunt in fine duo satis antiqua folia, quae continent latine fragmentum Evangelii S. Lucae. Codex praefert hunc titulum :

ספר מאזני לשון קודש [*Sepher Mozenè lescion Kodesc*] Liber staterarum Linguae Sanctae.

Est nempe *Grammatica hebraea Abrahami Aben Ezra*, quam codex noster tribuit *Iehudae Chajjug*, procul dubio quia Aben Ezra ex illo multa deprompsit. Verum haec est epigraphe: נשלם ספר מאזנים וכל החיבור שחיבר ר' יהודה הנקרא חיוג בר' דוד ב'ה בשבת בח'י ימים לחדש כסליו שנת ן לפרט לאלף הששי: „Completus est liber Mozenaim, et id omne, quod composuit R. Iehuda cognomine Chajjug fil. R. David, die quinto hebdomadae, decimo octavo mensis Chilsev, anno 50, min. supp. sexti millenarii (a. C. N. 1290)". Sane aliud est opusculum ab illo, quod nomine insignitum R. Iehudae Chajjug prodiit anno 1844 ex versione ipsius Abrahami Aben Ezra de quo Steinschneid., *Cat. lib. heb. Bibl. Bodl.*, p. 1302. Contra concinit cum edita a Bombergio Grammatica Aben Ezra, sicuti iam Wolfius arguerat t. IV, p. 830.

CODEX LXXI. A. III. 22.

N. p. A. I, 5. Benc. V. Pas. I, t. I, p. 1. Wolf. t. IV, p. 859, A. I, 4.

Membranaceus, saec. XV (a. 1455), charactere rabbinico, eoque eleganti et perpolito, atque ad formam quadratam accedente exaratus, constat foliis rec. num. notatis 142, praeter octo nullo numero notata. In-fol. min. Pertinuit codex ad quemdam *Iehudam Samuelem Sinai Coloniensem*, uti adnotatum est in fronte libri.

R. IACOB BEN ASCER יורה דעה [*Ioreh Deñah*] Docebit Scientiam seu Ordo II ex Opere ארבעה טורים.

Praefationem et indicem octo priora folia tenent; incipit liber folio nono, quod notatur numero 1, interiecto vacuo spatio ad excipiendam picturam,

atque omissis prioribus lineis, quae pariter erant pingendae. In fine: כתבתי זה היורה דעה להר' שמואל בר' שמעון ז'ל מווידן וסיימתי בים א' כו' שבט שנת רכה' לפ'ק ..... בנימין בר' יהודה המכונה המלך (?): « Scripsi hunc librum Ioreh Deña in » usum R. Samuelis fil. R. Simeonis f. m. De Viadana et explevi in die » primo ebdomadae, 26 Scevat, anno 225 min. supp. (a. C. N. 1455) . . . » Beniamin fil. Iehudae cognomine Rex ». Perperam Wolfius ex Bencinio tribuit hunc librum Iosepho Karo, qui librum eodem titulo conscripsit.

CODEX LXXII. A. III. 23.

N. p. A. IV, 4. Benc. CIV. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 330. In-fol. parvo.

ANONYMI COMMENTARIUM IN PENTATEUCHUM.

— fol. 1. Desunt initio multa folia; primum enim exhibet commentarium in cap. XV libri *Geneseos*. Folio vero 45, haec leguntur: סליק פ' ויחי יעקב וסליק ספר בראשית ותהי השלמת זה הספר י'ז יום לחודש מרחשון שנת תשעים לאלף הששי: *Explicit Parasciàh* ויחי יעקב, *simulque explicit liber* בראשית. *Et fuit finis huius libri die 17 mensis Marchesvan anno nonagesimo sexti millenarii* (a. C. N. 1329) qui annus ad auctorem, non ad librarium referrendus esse videtur.

— fol. 46. In *Exodum*.

— fol. 117. In *Leviticum*.

— fol. 226. In *Numeros*.

— fol. 270. In *Deuteronomium*.

In fine opus est mutilum; vix enim inchoatur Parasciàh האזינו. Diligens librarius saepe notat lacunas, quas invenit in vetusto exemplari.

Sit specimen commentarii desumptum ex Parasciàh *Scemoth:* ואלה שמות עד וילך איש מבית לוי ביאור המלות את יעקב איש וביתו באו ר"ל שעם יעקב איש ובני ביתו והם אשתו ובניו ויהי כל נפש בעבור שהזכיר איש וביתו שנכללו כמה נשות וכ'ו:

CODEX LXXIII. A. III. 24.

P. Not. lib. Cal. p. 4, n. 68.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1515), charactere rabbinico exaratus constat foliis 282, ex quibus aliquot vacua, nullo recentiori numero notatis, sed hebraico antiquiori, ita ut primum folium referat numerum ע'ג: nulla tamen lacuna in iis, quae supersunt. In-fol. parvo. In superiori margine folii primi legitur: קנין כספי אפרים בכמ' רפאל אורי קאמירינו *Emi pecunia mea Ephraim f. Raphael Uri Camerini.*

זוהר לר' שמעון בן יוחאי זצ'ל וחביריו:

Zohar auctoribus, ut fertur, Simeone ben Iochai eiusque sociis.

In fine: תם ונשלם שבח לבורא עולם ברביעי בשבת תשעה ועשרים יום לחדש שבט שנת המשת אלפים ומאתים ושבעים וחמשה שנים ליצירה וכתבתי לעצמי אני צעיר התלמידים החותם שמי בשולי היריעה . . . „ Explicit (sit laus Orbis Conditori) feria quarta, die nono et vigesimo mensis Scevath, anno 5275 ab orbe condito (a. C. N. 1515), meumque in usum scripsi ego minimus discipulorum, qui nomen meum in infima paginae ora profiteor. . . . „. Tum altera sequitur vario quidem calamo, sed eiusdem librarii adnotatio, qua testatur se feria quinta, die decimo mensis Chislev, anno 5280 (a. C. N. 1520) librum vendidisse *Isaaco Navaro*. Tandem: אני החותם שמי בשולי הדף של זה הספר . . . מאיר פצרדו: „ Ego in ultima paginae ora nomen meum inscribo . . . Meir Pezardo „, qui forte est codicis descriptor. Accedunt pauca, eodem charactere, de Cabalistica.

CODEX LXXIV. A. III. 25.

N. p. A. VI, 13. Benc. CLXXV. Pas. LVI, t. I, p. 19. Wolf. t. IV, p. 754, 785, 801, 904, A. 1, 30.

Chartaceus, saec. XV, charactere hispanico exaratus constat foliis rec. num. notatis 173, praeter complura vacua. In-fol. parvo.

Fol. 1. כללי ספר ראשון א'ס וגדריו והשגותיו וכללי עם גדריו שרשי כל פרק ופרק חברם . . . רבינו מרדכי נתן א'י'ש' ח'י'ל': *Summa capita libri primi Aben Sina (seu Avicennae) eiusque partitiones et ratio cuiusque capituli . . . opera R. Mardochaei Nathan Isc-Chail (militis strenui).*

Res exhibentur per synopsim in tabellis. Non recte Wolfius, t. IV, p. 904 habet: *Mardochaeus Nadi.*

Fol. 4[b]. התחלת ספר חמשי מא'ס. *Principium libri Quinti Avicennae (auctore, uti videtur, eodem Mardochaeo Nathan).*

Pauca omnino.

Fol. 6. *Magistri Gerardi De Solo, medici ex Acad. Montepessulana, Commentum in Almansoris librum IX, ex lat. sermone hebraice redditum a Leone Iosepho incola Carcassonis (anno 1394).*

Praeit interpretis prologus, in cuius initio ipsius nomen sic legitur: אמר לאון יוסף המעתיק היושבי קרקשונה: Sequitur index. Incipit autem folio 9 opus ex ipso auctoris nomine sic: אמר החכם המחבר מאשתרי גיראבט דשולה: In fine, fol. 167 epigraphe: והנה כשלמה העתקתו עם תוספות המעתיק בעשרים ואחד יום לחודש אב שנת קנ'ד . . . פה קרקשונה: « Ecce completa est interpretatio « eius cum additionibus interpretis, die 21 mensis Ab, anno 154 min. supp. « (a. C. N. 1394) . . . hic Carcassone ». Textus latinus adhuc ineditus extat in Codicibus magnae Bibliothecae Parisiensis, cum titulo, uti videtur:

Commentum seu Practica super 9 Rhasis ad Almansorem; v. Astruc, *Mém. de la Fac. de Montpellier*, p. 169 sq., et *Hist. litt. de France*, t. XXI, p. 404 sq. Pariter inedita est haec versio hebraica, neque innotuit, quod sciam, nisi a codice nostro. *Gerardus de Solo* (quem perperam Astruc unum eumdemque esse existimat ac Geraut de Berry) floruit saeculo XIV, ac fieri potuit, ut adhuc viveret, cum haec interpretatio hebraica expleta est. Varia scripta elaboravit, inter quae laudantur potissimum et opusculum, quod hic recenseo, et alterum paullo inferius recensendum. Nomen latine, quale auctor ipse operibus suis inscripsit, est Gerardus de Solo; procul dubio fuerat gallice *Geraut de Sol*, unde hebraice ניראבט דשול vel דשולה, quod minus recte redditum est a Wolfio *Girbertus Deschol* t. III, p. 171, et IV, p. 801), a Pasino *Ghirabat de Sciola*, a Steinschneidero *Gerbert de Sol* (*Consp. Cod.* ad calcem Catalogi p. 16).

Fol. 168. *Eiusdem Gerardi de Solo* מבוא הנערים [*Mevò hanneñarim*] *Introductorius iuvenum* (*ad medicinam*) *e latino sermone hebraice versum ab Abrahamo Avigdor* (*anno 1379*).

Praemittitur interpretis prologus, cuius initium: אמר אברהם אבינדור בעלותי ההרה לשמוע חכמת הרפואות מפי נבוני הנצרים וחכמיהם בישיבה הנכבדת אשר במונפלייר ..... ינעתי ומצאתי בין שאר הספרים ספר אחד קטן הכמות ורב התועלת. ...: " Dixit Abraham Avigdor: cum adscenderem montem " ad percipiendam artem medicam ex ore peritorum Christianorum, et " sapientum inter eos, qui sunt Montepessulano ..... incidi in quemdam " librum parvae molis, sed magnae utilitatis etc. ". Subdit interpres, versionem hanc explevisse: שנה מאה ושלושים ותשעה לפרט האלף הששי " anno 139 min. supp. sexti millenarii (a. C. N. 1379) ". Textus incipit: אמר ארופא ניראבט דשול כבר חברתי בזמני חבורים וביאורים בחכמת רפואות ועתה ראיתי לחבר כלל קטון ומועיל בעניני הקדחות קראתיו מבוא הנערים; " Dicit medicus Geraut " De Sol: Iam antea scripta elaboravi varia ad illustrandam artem me" dicam pertinentia; nunc autem consultum mihi visum est conficere com" pendium parvum et utilissimum de febribus. Illud Introductorium iuvenum " appellavi ". *Introductorius iuvenum;* hic nempe est titulus in latino exemplari; seu Cod. 7062 Paris. (v. *Hist. litt.* etc., l. c.). In eo codice superior

opusculo praemittitur, ita ut vix illius prologus videatur. Latine prodiisse in Italia inter opuscula medica testatur Astruc l. c.; quo nam loco me latet. Sane inedita est versio hebraica huius Abrahami Avigdor, quem distingue ab altero eiusdem nominis scriptore.

CODEX LXXV. A. III. 26.

N. p. A. III, 2. Benc. LXXVII. Pas. CVII, t. I, p. 40.

Membranaceus, ineunte saec. XIV (a. 1310), charactere scriptus quadrato cum punctis vocalibus ac duplici columna, ornatibus insignis, constat foliis rec. num. notatis 614. In-4°.

BIBLIA cum utraque Mazora.

In primo folio recto pictum est magnum candelabrum tabernaculi Mosis, cum duobus thuribulis. Eorum extrema ora circumeunt minutissimis litteris scripti, ornamenti instar, versus ex Genesi, in quibus Deus Mosi praecipit, ut candelabrum extruat. Eodem folio verso ingeniose iterum candelabrum expressum est litteris hebraicis, ita ut Isaaci sacrificium narretur ex sacro textu. Incipit fol. 2 Pentateuchus. Sequuntur alii libri. Psalmi autem, Proverbia et Iob sic exarantur, ut non modo versuum, sed etiam hemistichiorum distinctio in unoquoque versu appareat. Pictura distingui solent libri, nec non et pictura distinctae sunt singulae *Parascioth* et *Aphtaroth*. In fine: אני מנוח בר' מרדכי כתבתי אלו עשרים וארבעה ספרים תורה ונביאים וכתובים לר' ליאון סיני מקולונייא . . . . . וסיימתי בירח אדר בששה ועשרים בשנת חמשת אלפים ושבעים לבריאת עולם כאן בשרדינייא: « Ego Menuach fil. R. Mardochaei scripsi hos viginti quatuor libros, « Thorah et Neviim et Chethuvim in usum R. Leonis Sinai (Colonna) « Coloniensis ..... et absolvi eos mense Adar, die 26, anno 5070 ab « orbe condito (a. C. N. 1310) hic in Sardinia ». Notes velim, quod verba *Leon Sinai Coloniensis* superscripta sunt nescio quibus aliis verbis deletis. Addita sunt in fine duo folia recentiora, in quibus sermo est de Paschate.

CODEX LXXVI. A. III. 27.

N. p. A. VI, 21. Benc. CLXXXIX. Pas. CLVII, t. I, p. 60. Wolf. t. IV, p. 818, A. V. 9. (Err. pro A. VI. 20).

Membranaceus, saec. XV, charactere scriptus rabbinico a Ionathan fil. Aviezer Cohen, constat foliis rec. num. notatis 123. In-4°.

Fol. 1 et 2. Praemissa veluti ad codicis custodiam, sunt lacinia codicis hebraici parum antiqui, et nullius momenti.

Fol. 3. *Averrois*, *Expositio libri Aristotelis* שמע הטבעי, *de physico auditu*, *ex versione Zerachiae fil. Isaaci.*

Inc.: המאמר הראשון מן השמע הטבעי לארסטו ביאור הפילוסוף אבו אלוליד בן רשד הקרטבי העתקת זרחיה בן יצחק מן הערבי אל העברי: „ Tractatus primus de physico auditu „ Aristotelis, Expositio philosophi Abu Alulid ben Rasciad Cordubensis, „ translatio Zerachiae ben Isak ex arabico in hebraeum „. Dein: זה המאמר כוונתו הראשונה בו לבאר הסבות החמריות הראשונות: In fine (fol. 90*b*): נשלמה העתקת ספר השמע הטבעי מביאור הפילוסוף הגדול בן רשד ונעתקה לנבחר הנחמד ר' יחיאל בר' צדקיה וזה היה במדינת רומא העיר הגדולה מהעתקת ר' זרחיה בן יצחק ח'ן הספרדי שנת נ֗ד לפרט לאלף הששי לבריאת עולם על יד יהונתן בר' אביעזר הכהן אשר היה מעיר פרוא אשר כתבו לנזכר . . .: „ Explicit translatio libri de physico auditu „ ex phylosophi magni Ben Rasciad expositione, et translatus fuit in usum „ eximii desiderati R. Iechiel fil. R. Zedekiae, et id evenit in provincia „ Roma, urbe magna, ex translatione R. Zerachiae fil. Isaaci Chen Hispani anno 54, min. supp., sexti millenarii ab orbe condito (a. C. N. „ 1294) per manus Ionathan fil. R. Aviezer Cohen, ex urbe Ferraria, qui „ scripsit pro laudato viro „.

Fol. 92. *Aristotelis liber de Anima*, *hebraice redditus a Zerachia fil. Isaaci partim ex arabica Isaaci fil. Chonain versione, partim ex versione Assyria Abi Issi ben Isaak.*

De Isaaco fil. Chonain nihil mihi compertum est. Fortasse pater est Chonain vel Honain ben Isaak, insignis inter Arabos interpretis operum graecorum. Neque de interprete illo Assyrio vel Syro quidquam inveni. Utcumque sit, haec in codice veniunt:

— fol. 92. המאמר הראשון מספר הנפש לארסטו העתק זרחיה בן יצחק הספרדי מלשון ערבי אל לשון עברי מהעתקת חנין: *Tractatus primus ex libro de Anima Aristotelis. Transtulit Zerachias ben Isaak Hispanus ex lingua arabica in linguam hebraeam ex versione Chonain.*

Inc.: אמר ארסטו אנו מפני היותינו רואים.

— fol. 115. השלמת מה שהעתיק יצחק בן חנין מזה המאמר מהעתק אבי עיסי בן יצחק מן האשורי אל לשון ערבי: *Finis tractatus, quem transtulit Isaac fil. Chonain; inde ab hoc tractatus ex translatione Abi Issi ben Isaak ex Assyria in linguam Arabicam.*

Inc.: אמר ארסטוטלים בנפש המדברת ימצאו דמיונות

Non recte Pasinus existimavit, hinc initium fieri opusculo Abunazaris, quod reapse incipit inferius ad fol. 119. Hinc ea rerum perturbatio orta est, quam quisque in illo catalogo ad hunc locum animadvertet. Revera haec est continuatio tractatus *De anima*, quam idem Zerachias hebraice reddidit, sed ex alia versione. Desinit autem hic tractatus ad fol. 119, ubi haec leguntur: נשלם ספר הנפש תהלה לאשר לו כל נפש: « Explicit liber *De anima*. Laus illi, cuius est omnis anima ». Sequitur interpretis Zerachiae epigraphe, quam fere integram exscribere iuvat, quod nos moneat de variis ipsius versionibus. Nisi ea oculos Pasini effugisset, hic minime in dubio fuisset de interprete sequentis opusculi Abunazaris *De essentia animae*. Est autem huiusmodi: אמר זרחיה בן יצחק הספרדי: אחרי השלימי מהעתק מספרי ארסטו ספר הנפש וספר השמע הטבעי וספר מה שאחר הטבע מביאור בן יסר וספר השמים והעולם פירוש טימסטיאוס כפי אשר מצאה ידי בהם לאחד מן החכמים אשר ברומה רבתי שמו ר' שבתי בר' שלמה . . . . . ראיתי להעתיק לו גם ספר מהות

הנפש ללפראבי כי הוא כספר הנפש קצר כי זכר בו כל
העיניינים (sic) אשר זכר ארסטו בספר הנפש אלא שקצר
מאד אבונצר אלפראבי יקראו מהות הנפש . . . . . : . « Dixit
« Zerachia ben Isaak Hispanus: Postquam complevi ex Aristotelis libris « interpretationem libri *De anima*, et libri *De physico auditu*, et libri « *Metaphysicorum* ex Expositione Ben Issar (?), et libri *De coelo et mundo*, « Commentarii Themistii, pro virili parte, in usum unius ex sapientibus, « qui sunt in magna Roma, cuius nomen R. Sabbathai ben Salomo . . . « vidi transferendum esse pro illo etiam librum *De essentia animae* Al- « pharabi, qui nempe, aeque ac liber *De anima*, est brevis, in quo me- « morat ille ea omnia, quae memoravit Aristoteles in libro *De anima*. « Hunc autem valde perstrinxit Abunazar Alpharabi, atque vocavit *De* « *essentia animae* ».

Fol. 119. מאמר לאבונצר אלפראבי במהות הנפש. *Tractatus Abunazar Alpharabi (Abu Nassar Al Farabi) de essentia Animae (ex versione Zerachiae fil. Isaaci).*

Inc.: אמ' אבונצר ידיעת הדבר בכללו ועל אמיתתו יושגו בחמשה ענינים: In fine: נשלם המאמר במהות נפש לאבו נצר אלפארבי: Interpretis nomen Zerachiae legitur in superiori epigraphe, uti monui, et in Codice Vaticano CCLII. Vide Assemani, *Cat.*, I, p. 215. Idem opus continetur in Codice nostro CXCVI. A. VI. 33, fol. 180.

CODEX LXXVII. A. III. 28.

N. p. A. V, 1. Benc. CXXX. Pas. XXXIII, t. I, p. 8.

Membranaceus, saec. XIII, charactere quadrato cum punctis vocalibus ac varia manu exaratus, constat foliis rec. num. notatis 314. In-4°.

MACHAZOR GERMANICUM quod continet potissimum סליחות, seu preces poenitentiales.

Praemissa sunt aliquot folia, quae huc non pertinent, nullius momenti. Fol. 13, index *Selichoth*. Incipit machazor folio 15. Fol. 159, alter index precum. Fol. 259, Iob. Fol. 280 aliquot capitula Ieremiae recitanda nono die mensis Ab. Fol. 306 ad finem sunt folia ab alio machazor excerpta, quae continent preces aliquot pro festis solemnioribus.

CODEX LXXVIII. A. III. 29.

N. p. A. I, 15. Benc. XV. Pas. VI, t. I, p. 2. Wolf. t. IV, p. 952. A. I, 14.

Chartaceus, saec. XV, charactere arabico-hispanico exaratus, cuius priora folia, cum exciderint, suppleta sunt tredecim foliis charactere italico a recentiore exscriptis. Constat foliis rec. num. notatis 69, praeter primum vacuum. In-fol. Continet:

AVERROIS, COMPENDIUM ALMAGESTI PTOLEMAEI a Iacobo Antoli hebraice redditum, cum figuris inter textum, atque notis in margine.

Titulus: חבור ספר אלמגיסטי מבן רשד החסיד. Inc.: לפי שהתבאר בזולת זה המקום שהחכמות העייוניות שני מינים: In fine: זה הספר חבר אותו הפילוסוף אבן רשד ממבחר דברי ספר בטלמיוס בחכמת התכונה דרך קצור מבואר כמנהגו הטוב והעתיקו בעיר נאפלי החכם ר' יעקב ז"ל בר' אבא מרי בר' שמשון בר' אנטולי ז'צ'ל בשנת ד' אלפים תתקצא לבריאת עולם: « Hunc librum composuit philosophus Aben Rasciad ex delectu » rerum, quae sunt in libro Ptolemaei de scientia computationis, com- » pendium nempe ea expositum methodo, qua solet, optima, et transtulit » illud in urbe Neapoli sapiens R. Iacob, fel. mem., fil. R. Aba Mari, fil. » R. Scimscon, fil. R. Antoli, fel. mem., anno quarti millenarii 991 ab » orbe condito (a. C. N. 1231) ». De codice in veteri indice adnotatum est (atque inde a Wolfio l. c. fidenter relatum): *Prior quaternio scriptus est manu ipsius Ben Resced, reliqui manu Iacobi fil. Simson Antoli.* Codex, iam mortuo Antolio, scriptus fuit, sicuti apparet ex ipsa epigraphe,

ita ut illius autographum esse nequent. Nemo sane autographum arabi scriptoris Averrois quaeret in ea hebraici exemplaris parte, quae ipso Antolio est longe posterior. Inter folia 25-26 interiecta sunt recentius quatuor pagellae, quae continent tabulas pro comparando anno solari cum lunari, aliasque tabulas Alphonso Romanorum et Castellae Regi adscriptas ubi adnotatum est quo die memorabilia quaedam evenerint.

CODEX LXXIX. A. III. 30.

P. Not. lib. Cal. p. 4, n. 74.

Membranaceus, saec. XIII, charactere quadrato cum punctis vocalibus exaratus, constat foliis rec. num. notatis 309. In-4°. Mutilus initio et fine.

MACHAZOR GERMANICUM pro anni initio, die Expiationis et festo Tabernaculorum.

Incipit codex mutilus a precibus quotidianis. Fol. 10, incipiunt pariter mutilae preces pro anni initio. Fol. 116, preces pro die Expiationis. Fol. 292ᵇ, preces pro festo Tabernaculorum, mutilae in fine. Psalmi atque sectiones biblicae fuse exhibentur. Oratio *Alenu*, fol. 61ᵇ satis conspicua est.

CODEX LXXX. A. III. 31.

P. Not. lib. Cal. p. 4, n. 75.

Membranaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis num. hebraico notatis 226. In-4°.

ZOHAR IN GENESIM.

CODEX LXXXI. A. III. 32.

N. p. A. III, 7. Benc. LXXXII. Pas. CXII, t. I, p. 41.

Membranaceus, saec. XIII, partim charactere quadrato cum punctis vocalibus, partim charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 230. In-4°

PSALMI, cum Commentario R. David Kimchì, vulgo **Radak**.

Excidit folium primum. Textus charactere quadrato, commentum rabbinico exhibetur.

CODEX LXXXII. A. III. 33.

N. p. A. VI, 15. Benc. CLXXV. Pas. CLIII, t. I, p. 57. Wolf. t. IV, p. 839, A. VI, 14.

Chartaceus, cum aliquot foliis membranaceis insertis, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 192. In-fol. minimo. Opera medica.

Fol. 1. Variae praescriptiones medicae.

Fol. 2. *Achmet Ibrahim ben Abi Caled*, צידת דרכים, *Viaticum itinerum, interprete Mose Tibbonide.*

Unum vel duo folia exciderunt initio. Incipit index a cap. VIII, partis III. Opus autem incipit folio 3. Sunt lacunae. Auctoris nomen passim legitur, quemadmodum scripsi; arabice esset *Abn G'aafer Ahmed b. Ibrahim etc. Ibn ol G'ezzar*. Confer Codices nostros A. II. 28, A. V. 34.

Fol. 26^b. מאמר יצחק [*Maamar Itzchak*], *Tractatus Isaak, seu Excerptum ex Isaaco Israëli (sen.) de febribus in fine cap. IX Alzahravii ex versione Meschullam b. Iona.*

Tractatus hic constat novem sectionibus שערים, ex quibus prima omissa est in Codice nostro, secunda incipit: השער השני מהספר בחלאים הכוללים הגוף והם הקדחות: In fine (fol. 189): נשלם מאמר יצחק ובזה השער התשיעי נשלמו חילוקי החוליים הכוללים לגוף: „ Explicit tractatus Isaak, atque in hac sectione nova „ explicit divisio omnium morborum corporis, seu de febribus „. Eadem ex opere Alzahravii refert Wolfius, t. IV, p. 785. Dein haec adduntur: תם הספר ונשלם . . . על ידי יהושע בכמ'ר שלמה הראש וכרש'יא ממשפחת הענוים יחיים . . . וכתבהיו לכבוד אחי ר' בנימין ישר'וי בבמ'ר יוסף יש'ר: „ Explicit liber, et est completus „ per manus Iosuae fil. ill. R. Salomonis Harosc (vel praesidis) ex familia „ humilium, quos (Deus) vivere faciat . . . et scripsi illum in usum ill. fra- „ tris R. Beniamin fil. R. Ioseph „. Non recte Wolfius, t. IV, p. 839, n. 793 (ex Bencinio) auctorem huius excerpti sistit librarium Iosuam, nec recte Pasinus opusculum recenset, tamquam si integrum sit Isaaci Israëli opus, quod extat in Codice CLV (nunc CXXVIII). Vocem illam יחיים Wolfius reddit *Iachia*, Pasinus *Iachiim*, ecquidem: *vivere faciat eos.*

Fol. 190^{b}. *Ioseph ben Astak* מראות השתן [*Maroth hassciathan*] *Inspectiones urinae (septendecim).*

Inc.: אמר יוסף בן אסתאק צריך מי שרוצה. Idem opusculum extat in Codice Vaticano CCCLXVIII, ubi nomen legitur אספאק. V. Assemani, *Cat.*, p. 345.

CODEX LXXXIII. A. IV. 1.

N. p. A. V, 35. Benc. CLXIV. Pas. CL, t. I, p. 56. Wolf. t. IV, p. 745 et 825, A. V. 34.

Membranaceus, saec. XIV (a. 1381), duplici columna, charactere rabbinico arabico ab una, uti videtur, eademque manu sic exaratus, ut ex duobus, quae refert, opusculis alterum sit instructum punctis vocalibus, alterum iis careat, simulque

evanidiori atramento conscriptum sit; interiecta sunt passim vocabula minio picta. Constat foliis rec. num. notatis 101. In-4°.

Fol. 1. *Al Gazali Abu Achmet*, כונות הפילוסופים [*Chavvanoth haphilosophim*] *opiniones philosophorum. Liber ex arabica lingua in hebraicam translatus a Iehudà ben Salomò Nathan, dicto etiam Bengudas Nathan.*

Opus in tres partes distinctum est: 1° תועלת הגיון. 2° אלהיות. 3° טבעיות, sive *Logica*, *Metaphysica et Physica*. Praeit interpretis praefatio, quam excipit carmen. Priora praefationis verba sic referunt interpretis nomen: נאם יהודה בן שלמה נתן נ"ע. Cognomen בנגודאש legitur in epigrapke, ad fol. 97 sic: אני . . . . . כתבתי אל עצמי זה ספר כונות הפילוסופים מהעתקת החכם השלם מאישטרי בנגודאש נתן נ"ע וסיימתיו בחדש אייר שנת מאה וארבעים ואחד לפרט בששה ועשרים לספירה היה זה בשנת עשרים ואחד משנותי: « Ego [*nomen erasum est*] scripsi in usum meum » hunc librum opiniones philosophorum ex translatione sapientis illustris » magistri Bengudas Nathan f. m. et explevi mense Iar, anno 141 ab orbe » condito (a. C. N. 1381) die vigesimo sexto ex Sephirah; fuit id. . . . anno » vigesimo primo aetatis meae ».

Fol. 97[b]. *Abu Nassar* (vel hebr. *Iesciañ*) *Al Farabi*, עין משפט [*ñen miscpat*] *Oculus vel Fons iudicii*, *interprete Todros Todrosi.* Cum notis in margine.

Titulus est huiusmodi: ספר עין משפט הדרושים כפי דעת לארסטו' לאבו ישע אל פרבי והם ששים דרושים העתיקי מהגרי לעברי טודרוס בן משלם בן דוד טודרוסי בהגיעו לשנת העשרים: « Liber Oculus (vel Fons) iudicii perquisitionum ad mentem » Aristotelis, auctore Abu Iesciañ Al Farabi, et sunt sexaginta perquisi» tiones, quas transtulit ex arabica lingua in hebraicam Todros fil. Me» sciullam fil. David Todrosi, cum attingeret annum vigesimum ». Ad calcem opusculi (fol. 101) monitum interpretis incipit sic: הנה אני טודרוס בן משלם etc. Ait nempe, se in interpretando hoc tractatu

prae manibus habuisse Al Gazalii opus *Cavvanoth*, quod supra recensuimus, eo quod *Abi Iescian* fere in compendium redigerit quae in illo proferuntur. Supervacaneum est notare, quod אבו ישע *pater salvationis* respondeat arabico *Abu Nassar*, atque ideo Pasinus immerito Wolfium redarguerit. Fallitur enim ipse legendo ישמעאל פרבי pro eo quod aperte extat in codice ישע אל פרבי. Confer Assemani, *Cat. Bibl. Vat.*, p. 241, cod. CCLXXIV et Steinschneider, *Cat. lib. Bibl. Bodl.*, p. 978 et 2682.

CODEX LXXXIV. A. IV. 2.

N. p. A. V, 19. Benc. CXLVIII. Pas. CXXXVI, t. I, p. 49. Wolf. t. IV, p. 918, A. V. 18.

Chartaceus, cum aliquot etiam foliis membranaceis interiectis, saec. XV (a. 1421), charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 220. In-4°.

Fol. 1. *Mosis Maimonidis*, מורה הנבוכים [*Morèh hannevochim*] *Doctor perplexorum*, *interprete Samuele Ibn Tibbon*, cum indicibus.

Folium primum et secundum tenent varias notas eorum, qui codicem possederant. Folio 3, index locorum ex sacro textu, qui in opere memorantur. Folio 16, index capitum multo brevior, quam editus Iehudae Charizi. Fol. 17*b*, tertius index vocum, quibus singula capitula incipiunt. Incipit, fol. 20, interpretis praefatio. Sequitur Maimonidis epistola ad discipulum Iosephum fil. Iehudae. Incipit opus fol. 22 verso. Notat in fine interpres, id quod etiam constat ex aliis codicibus, atque editionibus, se absolvisse versionem insignis huius tractatus mense Tebeth, anno ab orbe condito 4965 (a. C. N. 1205). Dein librarius habet: כתבו פינחס והשלימו בחדש סיון קסא לפרט היצירה: « Scripsit eum Pinchas, et ab- » solvit cum mense Sivan, anno 161 min. supp. (a. C. N. 1401) ».

Fol. 201. *Samuelis Ibn Tibbon*, *interpretatio vocum exoticarum quae inveniuntur in Morèh*.

Confer codicem A. II. 12.

CODEX LXXXV. A. IV. 3.

N. p. A. III, 5. Benc. LXXX. Pas. CX, t. I, p. 41.

Membranaceus, saec. XIV (a. 1335), charactere scriptus quadrato elegantissimo cum punctis vocalibus, constat foliis rec. num. notatis 499. In-4°.

1° *Prophetae priores et posteriores*, hoc ordine: Iosua, Iudices, Samuel, Reges, Ieremias, Iesaias, Ezechiel, XII Prophetae minores, *cum commentariis Rasci et Masora ad aliquot tantum libros.*

2° *Ex Hagiographis;* Psalmi, Proverbia, Iob, Daniel, Esdras, Nehemias, Paralipomena, *cum commentariis eiusdem Rasci.*

In fine: אני מתתיה ב'ר יצחק כתבתי זה העשרים וארבע ל'ר שלמה בן הנכבד ר' יהודה טוביה וסיימתיו יום ג' פ' ויצא שנת צ'ה לפרט: « Ego Mathathias fil. R. Isaaci scripsi hos viginti » quatuor libros (*desideratur igitur Pars I*) in usum R. Salomonis fil. eximii » R. Iehudae Tobiae, et eos complevi die 3 Parasciàh ויצא, anno 95 » min. comp. (a. C. N. 1335) ». Librarii nomen legitur etiam ad calcem singulorum librorum. Multa menda correcta sunt a manu recentiori.

CODEX LXXXVI. A. IV. 4.

N. p. A. I, 7. Benc. VII. Pas. II, t. I, p. 1.

Membranaceus, saec. XIV exeunte (a. 1393), atque charactere germanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 429. In-fol.

R. MARDOCHAEI FIL. HILLEL, *Liber* מרדכי *Mordechi vel Mordechai*, seu compendium Talmudicum, passim cum notis in margine.

Nullo titulo insignitus incipit codex a *Massechet* יבמות [*Ievamoth*]. Sequuntur: fol. 23, *Chetuvoth;* fol. 53, *Chidduscim;* fol. 73^b, *Niddà;* fol. 88, *Ghitin*. Desinunt autem *Alicoth Ghitin* fol. 118, in quo haec inter alias librarii adnotationes leguntur: אני אליהו בר׳ יצחק כתבתי זה המרדכי שנת קׄנׄגׄ לפרט: „ Ego Elias fil. R. Isaac scripsi hunc „ librum Mordechai a. 153 min. comp. (a. C. N. 1393) „. Sequuntur: fol. 119, *Bava Kama;* fol. 145, *Bava Metzia;* fol. 175^b, *Bava Bathra;* fol. 221^b, *Sanhedrin;* fol. 231^b, *Scevuñoth;* fol. 253^b, *Ñavodà zarà* etc. Veniunt postea alii *Massechet*. Fasciculi, qui in libri compactione primi veniunt, ac notantur 1-118, subiiciendi esse videntur ad calcem codicis post folium notatum 429, ita ut rectius codex incipiat a Massechet *Bava Kama*, et librarii subscriptio in ultima pagella extet. Contuli codicem cum editione, quae prodiit Ripae Tridentinae a. 1559. In-fol. Idem sane opus in utrisque libris deprehendi, sed immutatis aliquot locis ac potissimum ordine Tractatuum. Si priores foliorum fasciculi transponerentur, quo monui, ordo Tractatuum variaret quidem, sed multo minus.

CODEX LXXXVII. A. IV. 5.

P. Not. lib. Cal. p. 4, n. 82.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus constat foliis 225. In-4°.

שושן הרפואה מחבור מאישטרי ברנט דגורדו׳ [די גורדונו]: *Sussan Harephuàh seu Lilium medicinae, opus magistri Bernardi de Gordono (e latino sermone hebraice conversum, uti videtur, a Iekutiele fil. Salomonis).*

Duo priora folia continent indicem. Legitur fol. 3 titulus, quem retuli. Sequitur prooemium, quod incipit: כשל סקראט מאיש מה באיזה אופן יוכל האדם לאמר מאמרו על השלימות: In fine prooemii (fol. 3, lin. 6) haec leguntur: הותחל זה הספר בעזרת האל בישיבה נכבדת של מונפישליר אחר כׄ מבחירתינו ר״ל שנבחר לרב:

Quae verba translata sunt ex hisce latini textus: » Inchoatus autem est » liber iste, cum auxilio magni Dei, in praeclaro studio Montispessulani, » post annum vigesimum lecturae nostrae ». Additur in textu: » Anno Domini 1305 mense Iulii ». In hebraica versione pro anno 1305 totis litteris legitur annus 1303, idemque mensis Iulii sic: בשנת אלף ושלש מאות ושלש בחודש גוליו:. Opus autem, quod in nostro codice inchoatum dicitur a. 1303, codex De-Rossianus 283 narrat ab auctore absolutum fuisse a. 1304 die quinta mensis februarii. » Mihi vero, notat A. » Peyron, aberrasse videntur triumviri descriptores Codicum Taurinensium » (v. Pas., *Cat.*, t. I, p. 58) qui perhibent integrum Gordonii opus prodiisse Montispessuli a. 1300. De hebraico interprete silet Calusianus » codex; at De-Rossianus 283 tradit Iekutieli fil. Salomonis versionem » acceptam esse referendam ». Textus latinus editus est pluries, versio hebraica adhuc inedita. De Gordonio confer Mangetum, *Bibl. script. medic.*, t. II, p. 494, et Hallerum, *Bibl. medic. prat.*, t. I, p. 437.

CODEX LXXXVIII. A. IV. 6.

P. Not. lib. Cal. p. 5, n. 83.

Partim membranaceus, partim chartaceus, saec. XIV, rabbinico scriptus charactere, constat foliis 151. In-4°.

NOVELLAE IN TRACTATUM TALMUDICUM IEVAMOTH, auctore incerto.

Nescio quae manus praemisso folio inscripserat: פירוש למסכת יבמות ולדעתי להרן ז״ל:. » Commentum in tractatum Ievamoth, au» ctore, ut mea fert, opinio R. Nissim f. m. ». Alia manus delevit voces פירוש et להרן, atque substituit חידושי et להרשב״א, ita ut sint potius » Adnotationes in tractatum Ievamoth, auctore Salomone ben Ad» dereth ». Merito, uti mihi videtur. Nam Nissim in alios quidem tractatus, non vero in Ievamoth commenta scripsisse liquet. Contra editae sunt *Chidduscim* Salomonis ben Addereth; confer Wolfium III, n. 1945, et Steinschneiderum, *Cat. lib. hebr.* etc., p. 2271. Rem omnino dilucidare poterit, si cui liceat editionem adire, eamque cum hoc specimine conferre, quod, cum lectio capitis primi sit subobscura, ex פרק החולץ fol. 52

exibeo: החולץ ליבמתו ונמצאת מעוברת הא דלא קתני החולץ למעוברת איכא למימר דאוכחא דמילתא נקט: Sunt in fine aliquot animadversiones paullo recentiores in eumdem tractatum.

CODEX LXXXIX. A. IV. 7.

N. p. A. V, 20. Benc. CXLIX. Pas. CXXXVII, t. I, p. 49. Wolf. t. IV, p. 918, A. V. 19.

Membranaceus, saec. XIV, charactere scriptus hispano, constat foliis rec. num. notatis 186. In-4°. Mutilus passim.

MOSIS MAIMONIDIS מורה הנבוכים [*Morèh hannevochim*] Doctor perplexorum, interprete Samuele Ibn Tibbon.

Omissis indicibus, qui solent operi praemitti, incipit codex ab interpretis praefatione. Sequitur Maimonidis epistola ad discipulum R. Ioseph ben Iehuda. Incipit opus fol. 4. Secunda pars incipit mutila (fol. 54) a capite XII, ac tertia a capite IX, et caret fine.

CODEX XC. A. IV. 8.

N. p. A. IV, 3. Benc. CIII. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XVII (a. 1612), constat pagellis 569. In-fol. parvo.

FRANCISCI ESTELLAE [אישטילא] EX IUDAEO CHRISTIANI, COMMENT. IN UNIVERSAM BIBLIAM.

Pag. 1, praefatio, qua auctor librum nuncupat *Serenissimo Duci Carolo Emanueli*, data a. 1612. — Pag. 6, pars prima, quae exhibet commentarium in Pentateuchum. — Pag. 159, pars secunda, seu commentarium in Prophetas priores et posteriores. — Pag. 348, explicit pars secunda, et incipit tertia in Psalmos, Iobum, caeterosque libros. — Pag. 435, sunt

preces ex ritu catholico, quibus, pag. 485 adduntur animadversiones in sacros libros. Demum, pag. 501, mors Mariae Annae Aronnis et Mosis. Nomen auctoris videtur *Estella.* Nescio an potius *Stella.*

CODEX XCI. A. IV. 9.

P. Not. lib. Cal. p. 5, n. 86.

Chartaceus, saec. XV, charactere scriptus rabbinico, constat foliis 45. In-4°.

Fol. 1. פירוש סודות מורה הנבוכים הנק' ספר סתרי תורה *Commentarius in mysteria libri Moreh Nevuchim, cui titulus secreta legis* (auctore Abrahamo Abulafia).

Praefationem consequuntur partes tres, in quas liber universus tribuitur. Pars prima inscribitur ארח חיים, atque incipit: באשר לו הגדולה והגבורה וההוד שמתי בטחוני:. Pars altera inscribitur מקור מים חיים, atque incipit: מיני החכמים שלשה והם נביאים וחכמי לב וחוקרי מדע:. Pars tertia inscribitur תוכחת חיים, atque incipit: ידוע ומבואר לכל חכמי התורה המקובלים:. Parem commentarium servat bibliotheca Laurentiana (*Cat.*, I, 131) atque inscribitur Abrahamo Abulafia; eumdem etiam exhibent De-Rossiani codices 286 et 1228, quibus cum Calusianus concinit in primis opusculi verbis a De-Rossio laudatis. Quare etsi bibliographi solent hunc Abrahami Abulafia tractatum nominare *Moreh hammorèh*, nempe *illustrator libri Morèh*, tamen praedicti codices, quibus accedit Vaticanus (v. Assem., *Cat.*, I, p. 160, n. 11) consentiunt in opusculo hocce inscribendo *Sitrè thoràh.*

Fol. 25. ספר הבהיר [*Sepher habbahir*] *Liber lucidus* (cuius auctor fertur Nechonias ben Hakanà).

Incipit opus: אמר ר' נחוניא בן הקנה. Liber cabalisticus iam typis vulgatus est; ab eo tamen multis in locis abeunt codices. Confer: De-Rossi, *Diz. Aut. Ebr.*, II, 77, et *Mss. Cod.* ad cod. 144, tum Steinschneiderum, *Cat.*, p. 523, et

Fol. 31. מדרש רות *Expositio (allegorica) in librum Ruth.*

Inc.: ויהי בימי שפוט השופטים רבנן פתרי קרא דכתיב ברן יחד כוכבי בוקר:. Folio 37, mutila, quemadmodum in margine adnotatur. Latet auctor; rabbini priscae aetatis in ea laudantur.

Fol. 41. *Collectio traditionum.*

Absque titulo et auctoris nomine, incipit: תניא ר' אליעזר אומר שלש משמרות בא וראה היאך הפליא החכם הזה להסתיר את הסוד:. Succedunt traditiones R. Iosè Ismaëlis fil. Elisaei etc. Cave, ne hunc confundas cum libro תניא Cremonae impresso a. 1565.

CODEX XCII. A. IV. 10.

N. p. A. V, 23. Benc. CLII. Pas. CXXXIX, t. I, p. 50. Wolf. t. IV, p. 806, 830, 976, A. V, 22.

Membranaceus, saec. XIV, a folio 1 ad folium 25 charactere ad formam quadratam accedente, a folio 26 ad finem rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 50. In-4°.

Fol. 1. *Samuelis ben Iehudae ben Tibbon, Expositio vocum exoticarum in versione hebr. Moreh Mosis Maimonidis.*

Opusculum notum atque editum. Confer cod. nostrum XXXII, A. II, 12.

Fol. 16. פירוש מעשה מרכבה לחכם רבי דוד בר' יוסף קמחי צ"ל *Commentarium Operis Quadrigae (seu visionis Ezechielis) Rabbi David ben R. Ioseph Kimchi f. m.*

Quaerit Wolfius, t. IV, p. 806, an « haec commentatio distincta sit « ab eiusdem Kimchi commentario in Ezechielem, qui editus extat ». Distincta sane, sicuti ex specimine quisque certior fit. Revera prooemium incipit sic: נקראת המרכבה הנראית לנביא במראה הנבואה כן לפי שנראית לו על דמות מרכבה:. Commentum autem incipit sic: ויהי בשלושים שנה מבואר הוא בפירוש הספר בחמשה

מבואר הוא בפירוש היה גם כן מבואר הוא: . Continetur hoc opusculum, teste Steinschneidero, *Cat. lib. hebr.*, p. 870, n. 1246 in multis ms., passim una cum Expos. in Gen., II, 7.

Fol. 28. כתר מלכות להר' שלמה בן גבירול ז"ל. [*Cheter malcuth*] *Corona regni R. Salomonis ben Gavirol* (*ben Iehuda*).

Hymnus cosmologicus. Editus: confer Steinschn., l. c., p. 2330.

Fol. 31. ביאור מפרקי הרמב"ם ז"ל לר' יהודה הפילוסוף בכ"ר דניאל ז"ל. *Expositio quorumdam capitum Harambam* (*Mosis b. Maimon*) *f. m., auctore Iehuda philosopho filio eximii R. Daniel f. m.*

CODEX XCIII. A. IV. 11.

N. p. A. I, 20. Benc. XX. Pas. VIII, t. I, p. 3. Wolf. t. IV, p. 774, A. I. 19.

Membranaceus saec. XIV (a. 1323), charactere rabbinico exaratus admodum nitido et eleganti, constat foliis rec. num. notatis 198. In-fol.

EUCLIDIS ELEMENTA, hebraice reddita a Mose Tibbonide, cum figuris geometricis.

In margine sunt adnotationes paullo recentiores. Inc. הנקדה הי"א דבר שאין חלק לה: וחקו היא איך אין רחב לו:. In fine: העתקתיו מלשון הגרי אל לשון הקודש אני משה בר' שמואל בר' יהודה בן תבון מרמון ספרד ונשלמה העתקתו בי"ז אלול שנת חמשת אלפים ושלשים: . « Transtuli ex lingua arabica in linguam sanctam » ego Moses fil. R. Samuelis, filii Iudae, filii Tibbon, Granatensis Hispanus: » et completa est eius translatio die 17 Elul, a. 5030 (a. C. N. 1270) ». Additur postea: ואני הכותב השלמתי זה בששי בשבת יום השלשים לתשרי שנת הארבע ושמנים לפרט אלף הששי פה טרשקון: . « Ego scriba perfeci hoc die sexto hebdomadae, 30 Tisri, » a. 84 min. supp. sexti millenari (a. C. N. 1323) hic Tarascone ».

CODEX XCIV. A. IV. 12.

P. Not. lib. Cal. p. 5, n. 89.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 213. In-4°.

MAIMONIDIS MOSIS, יד חזקה [*Iad Chazakàh*], MANUS FORTIS. Liber quartus *Nascim* et quintus *Keduscià*.

Accedunt fol. 155: הלכות מאכלות אסורות, sive *Tractatus de cibis illicitis*, et fol. 192: הלכות שחיטה, *De mactatione animalium*.

CODEX XCV. A. IV. 13.

N. p. A. II, 19. Benc. XLIV. Pas. XCIV, t. I, p. 33. Wolf. t. IV, p. 763, n. 88 *b* A. II. 18.

Membranaceus, saec. XIV, charactere scriptus quadrato cum punctis vocalibus, constat foliis rec. num. notatis 243. In-4°.

Fol. 1. *Lexicon hebraeo-gallicum vocum selectarum sic ingeniose concinnatum, ut in continuata oratione, quae tota biblicis dictionibus contexta est, collectae sint ordine alphabetico complures voces ab eadem littera radicali incipientes, addita in margine earum gallica versione litteris hebraicis, et hebraica radice, ex qua potissimum Lexicon alphabeticum constituitur.*

Textus, qui semper charactere maiori in media pagella exaratus est, ex litera א incipit sic. באביב באבי הנחל האבכו אביונים ועושי מלאכה אבנים באבים בר; In hac periodo non omnes voces declarantur, sed eae, quarum radix ab א incipiens escripta est in margine: אבב, אבס, אבן, אבה, אבך. Versio autem est huiusmodi: באביב

= אנטואיילמנט ; באבי = אנפרוייט (*en fruit*); התאבכו = אורגול׳רט (pro *enorgueillirent*); אביונים = דזיירנץ (*desirents* pro *inopes*); אבנים = פורמש (*Formes*); באבוס = אנאנגרישמנט (*en engraissement*). Fol. 13ᵇ litera ב incipit: vox בבבה inserta est prioribus verbis contextis ex Ps. XVII, 8, et Zach. II, 12, sic: שמרני כא׳שון בה עין הנוגע בכו כנוגע בבבת עינו Radix בבה, versio אנ׳לפרוניילא (*en la prunelle*). Versio et radix semper utrinque in marginibus minori charactere scribuntur. Minus diligenter Bencinius, atque inde Wolfius, demum Pasinus integrum codicem designant solo titulo: *Phrases hebraeo-hispanicae ordine alphabeti digestae.* Sunt enim gallicae, nec modo phrases, sed fere opus poëticum, ni fallor, de populi hebraei excidio, et est ab insequenti opusculo distinctum. Existimant auctorem codicis esse *Abrahamum ben Ioseph Cohen,* cuius nomen legitur ad calcem; mihi potius videtur possessor codicis. Lexicon huius generis vide in Cod. CXVII.

Fol. 211ᵇ. מעין קדש [*Mañian Kodesc*] *Fons Sanctus* (*seu Paradigmata Verborum hebraicorum, quorum additur versio gallica.*

Titulus apparet ex hisce, quae leguntur fol. 211ᵇ: ממני זה ספר הנקרא מעין קדש . . . :, et insertus est octo versibus, qui opusculo praemittuntur. Horum priores hi sunt:

שמעו עמים מחמד ספרי
כל שרשי תורה שבכתב
על ראש דוברים בלשון עברי
מעין קדש אקראהו etc.

Sequitur praefatio, ubi auctor monet, exemplum sibi proposuisse Davidem Kimchi. Desinit tractatus in paradigmate Verbi כלכל, gallice גוביירנא (gouverna) et verbi חמרמר, gallice רגרזלי (*regreȥeli*), latine *ferbuit.* Folio 243 legitur nomen אברהם הכהן, et paullo inferius: אברהם בר׳ יוסף כ׳ץ. Ex recentiori charactere patet inter codicis possessores fuisse.

CODEX XCVI. A. IV. 14.

N. p. A. II, 4. Benc. XXIX. Pas. LXXXV, t. I, p. 29. Wolf. t. IV, p. 944, A. II. 3.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 24. In-4° parvo.

IMMANUELIS BEN IACOB, ספר הכנפים [*Sefer hacchenafim*], Liber alarum (astronomicus, cum tabulis).

Nomen auctoris sic legitur in codice nostro: עמנואל בעל הכנפים *Immanuel auctor alarum:* adde *ben Iacob* ex compluribus codicibus atque ex ipsa epigraphe codicis A. VI. 19, autographi. Confer Wolf., l. c.; Assemani, *Cat. Bibl. Vat.*, p. 289, cod. CCCII; De-Rossi, *Ms. hebr.*, cod. 279, 294, 1144, 1165. Hic Emanuel ben Iacob exscripsit in sui usum Euclidis elementa ex versione Tibbonidis, quae extant in memorato cod. CLXXXII. A. VI. 19.

CODEX XCVII. A. IV. 15.

N. p. A. V, 3. Benc. CXXXII. Pas. XXXIV, t. I, p. 9.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato minori cum punctis vocalibus exaratus, constat foliis rec. num. notatis 359. In-4°.

MACHAZOR GERMANICUM pro anni initio, die Expiationis et Selichoth pro diebus poenitentialibus.

CODEX XCVIII. A. IV. 16.

N. p. A. V, 6. Benc. CXXXV. Pas. CXXIX, t. I, p. 48.

Membranaceus, saec. XV, charactere quadrato exaratus cum punctis vocalibus, constat foliis 50. In-4°.

PRECES PRO PASCHATE EX RITU GERMANICO.

Nimirum: fol. 1 *Pijutim*, seu hymni, vespere recitandi primo et secundo die. Fol. 9 *Haggadàh*. Fol. 48 duo hymni fortasse inediti.

CODEX XCIX. A. IV. 17.

N. p. A. II, 7. Benc. XXXII. Pas. XI, t. I, p. 4. Wolf. t. IV, p. 923, n. 1612.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 97. In-4°. In adnotatione de codicis venditione (fol 1), 27 Teveth, a. 242 (1482) codex continere dicitur commentum (si tamen recte legi) Caspi de rebus quae in Moreh tractantur, tum varia opuscula cabalistica, et dialogos, quorum titulus שש כנפים cum commentis. Verum desideratur commentum Caspi, extant opuscula et dialogi. Nimirum:

Fol. 1. *Mosis ben Nachman*, *vulgo Ramban*, פירוש ספר יצירה *Commentum libri Ietziràh*, *seu creationis*.

Opus editum. Confer Steinschneiderum, *Cat. lib. heb.* etc., p. 1965, n. 64. Accedunt in codice sub finem capituli IV commenta quaedam in שבע כפולות (fol. 8b), quae desiderantur in editione Mantuana. Neque inveni *figuras cum IV Angelis* etc., de quibus monet Wolf., t. IV, p. 923.

Fol. 11. *Opuscula cabalistica ex variis operibus, uti videtur, excerpta.*

Cuiusque initium est ad fol. 11, 17b, 46b, 57.

Fol. 64b. דברי הר' מנחם תלמיד הר' אלעזר מוורמיישא זצ'ל. *Verba R. Menachem discipuli R. Eliezeri Wormensis.*

Pauca omnino. Sequuntur alia excerpta de cabala.

Fol. 82. תפילת הייחוד דר' וחונייא (*sic*) בן הקנה זצ'ל. *Precatio unitatis R. Nehonias (Nechunia) ben Ha-kanàh.*

Inc.: בא'י [ברוך אתה יהוה] שדי הוד וכו'. Male Pasinus (uti observat Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr.* etc., p. 2058) eam excusam dicit in זמירות matutin. ritu Lusit. etc., quia id asserit Wolfius, t. I, p. 909. Excusa est (ait ipse) saec. XVIII in libro חמדת הימים sec. Iellinek, Auswahl p. 12 et modo in Bet ha-midrasch III, p. XXXIX. Sequuntur alia excerpta.

Fol. 84b. *Anonymi,* ספר הייחוד. *Liber unitatis.*

Desideratur auctoris nomen. Titulus autem apparet sub finem operis (fol. 88, lin. 15). Subditur carmen, cuius dicitur החבר בר' אברהם בר' דוד, *auctor R. Abraham ben R. David.* Ex hisce, uti puto, verbis (nescio enim, quo nam alio modo) Pasinus auctorem libri *Unitatis* existimavit *R. Ascer filii Davidis, filii Abrahae, filii Davidis.* Opus autem titulo donavit Explicatio tredecim [מדות] attributorum.

Fol. 89. שער השואל. *Portae interrogantis.*

Est dialogus cabalisticus, qui titulo שש כנפים insignitus est in memorata adnotatione de codicis venditione.

CODEX C. A. IV. 18.

N. p. A. I, 12. Benc. XII. Pas. LXV, t. I, p. 24.

Chartaceus, saec. XVII, charactere scriptus italico, constat foliis rec. num. notatis 60. In-4°. Continet variorum carmina.

Fol. 1. *Elegia in obitum R. Azarielis Denae, auctore* [מעאנײלו] *Mahaniello.*

Pasinus habet: *lamentatio Abrahami in obitu Sarae*, procul dubio, quia in *ritornello* legitur לשרה ingeniose dictum pro לצרה, ut sit *infortunio*. Nomen Azarielis Denae legitur fol. 2^b, lin. 28.

Fol. 4. *Eiusdem Mahanielli elegia in obitum Margaritae Ducissae Sabaudiae.*

Fol. 4^b. *Elegia in obitu Emmanuelis Ottolenghi.*

Fol. 5. *Elegia in obitu Iosephi Karo, qui evenit anno 335* (?) *a. C. N. 1575.*

Fol. 5. *Hymni sacri.*

Fol. 7. *Hymni sacri Azariae* מהאדומים.

Fol. 9. *Aben Ezra, carmen adversus eos, qui chartis ludunt.*

Fol 10^b. *Carmen de Maimonide.*

Fol. 11. *Bechaì* [בחײ] *ben Ascer, Iudicis* [הדײנין], *Liber* שלחן ארבע *mensa quatuor, seu mensa quadripartita.*

Liber est ritualis ac moralis, qui docet preces in conviviis, bonam vivendi rationem, ac de conviviis vitae futurae agit. Editum huius operis exemplar, in-4°, nullo indicato loco vel anno, ex dono Calusii asservatur in hac bibliotheca, et est compactum cum libro תכ״א. Verum typi, forma, charta caeteraque in utraque editione eadem sunt, ut *Sculchan* editum esse appareat Mantuae per Samuelem Latef, circa annum 1514. « Editio » rarissima, ait A. Peyron, in *Not. lib. Cal.*, pag. 42, n. 11, atque accu- » ratissimo De-Rossio ignota; omnino enim haec distinguenda est ab illa, » quam idem bibliographus (*Ann. heb. typ. ab a. MDI*, pag. 45, n. 11)

» describit. Nostra formam habet in-4° minori, illa in-fol.; nostra foliis 14 » constat, De-Rossiana 11 concluditur. In fine editionis: נשלם ספר שלחן של ארבע להרמ׳בן : », at Nachmanidi falso librum assignari contendit » De-Rossius (*Diz.*, t. II, p. 72) ». Revera codex noster Bechai opusculum tribuit. Confer Wolf., t. I, p. 233; De-Rossi, *Diz.*, I, 62 et loca citata; Steinschneider, *Cat. lib. hebr.* etc., pag. 779, n. 16.

Fol. 37. *Tractatus cabalisticus de sono tubae ineunte anno.*

Fol. 43. *Hymnus pro festo Purim.*

Fol. 43. *Isaiae ben Levi Massaran, elegia in obitum patris.*

Fol. 43^b. *Elegia in funus Deborae uxoris Ionae Todros.*

Fol. 44. *Commentum psalmorum CXIX et CXX, aliorumque.*

Fol. 58^b. *Hymni sacri.*

CODEX CI. A. IV. 19.

P. Not. lib. Cal. p. 5, n. 96.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico elegantissimo exaratus, constat foliis 296. In-4°. Initialis cuiusque capitis littera ornatibus includitur concinne pictis; tum paginae tres priores referunt picturas foeminarum citharizantium, animalium, venatoris, aliasque; frons quoque partis alterius auro minioque insignis est.

MOSIS EX COUCY (vulgo KOTZENSIS) ספר מצות גדול. Liber praeceptorum magnus (dictus per compendium Samag).

Nullae notae vel variantes marginales occurrunt, loca anti-christiana sarta sunt. In fine mutilus, quippe desinit in praecepto negativo 308.

CODEX CII. A. IV. 20.

N. p. A. III, 6. Benc. LXXXI. Pas. CXI, t. I, p. 41.

Membranaceus, saec. XIII, ab una eademque manu exaratus triplici columna, charactere quadrato cum punctis vocalibus, constat foliis rec. num. notatis 284. In-4°. Codex male compactus, ac mutilus initio et fine.

BIBLIA, cum utraque Masora, interiecta historia Antiochi.

— fol. 1. *Pentateuchus.*

Folium, quod erat primum, nunc male transpositum signatur 41. Vix in eo habes initium *Geneseos* (cap. I, v. 1; II, v. 6); reliqua ex Genesi desiderantur, aeque ac initium *Exodi*, qui (fol. nunc primo) mutilus incipit a verbis cap. XIII, v. 21-22: הַמִּדְבָּר׃ וַיהוָה הֹלֵךְ. Sequitur fol. 12, *Leviticus;* fol. 24, *Numeri;* fol. 40, *Deuteronomium.*

— fol. 56. *Hagiographa.*

Fol. 56, *Psalmi;* fol. 77, *Proverbia;* fol. 84, *Iob;* fol. 93, *Ruth;* fol. 95, *Canticum Canticorum;* fol. 96, *Ecclesiastes;* fol. 99, *Threni;* fol. 100, *Esther;* fol. 103, *Daniel;* fol. 109, *Esdra;* fol. 113, *Nehemias;* fol. 119, *Paralipomena.*

— fol. 147. איגרת אנטיוכוס. *Epistola Antiochi* (*chaldaice*).

Hic titulus appositus est manu recentiori. Solet enim opusculum appellari [מגלת] *Volumen Antiochi.* V. cod. A. V. 35.

— fol. 249. *Prophetae anteriores.*

Fol. 249, *Iosua;* fol. 160, *Iudices;* fol. 169, *Samuel;* fol. 194, *Reges.*

— fol. 221. *Prophetae posteriores.*

Fol. 221, *Iesaias;* fol. 236, *Ieremias;* fol. 254, *Ezechiel;* fol. 273, *XII minores.* Sed *Zachariae* prophetia caret fine. Desideratur *Malachias.*

CODEX CIII. A. IV. 21.

N. p. A. IV, 25. Benc. CXXIX. Pas. CXXVII, t. I, p. 47.

Membranaceus, saec. XIII, varia manu exaratus charactere quadrato partim crassiore, partim exiguo, partim cum punctis vocalibus, partim sine punctis, constat foliis rec. num. notatis 336, praeter duo, quae initio referunt indicem. In-4° mai.

MACHAZOR, seu potius Formulae quarumdam precum, ex ritu praesertim italico, cum animadversionibus theologicis ex opere הלכות גדולות depromptis.

— fol. 1^{b}. *Disquisitio de praecepto recitandi preces.*

Disquisitiones vel de simili argumento, vel de variis ritibus, quaere ad folia 67, 165, 270^{b}, 274. Eae autem (folio 210, lin. 1) dicuntur excerptae ex memorato opere *Hilcoth*.

— fol. 20^{b}. *Preces post cibum.*

— fol. 25. *Formulae precum quotidianarum.*

— fol. 83. *Hymni lingua chaldaica exarati.*

— fol. 89. *Preces pro Sabbathis, neomeniis et festis solemnibus.*

— fol. 111. *Haggadah.*

— fol. 121. *Parascioth et Aftaroth pro aliquot diebus solemnioribus chaldaice redditi.*

— fol. 150^{b}. *Preces pro anni initio, ex ritu Germanico.*

— fol. 210. *Responsa theologica Rabbi* [יוסף טוב עלם הגדול, *Iosephi Tov Elem Magni*], de quo Steinschn., p. 1535.

— fol. 212^{b}. הלכות נידה.

— fol. 220. *Ritus de Circumcisione, ac de zizith.*

— fol. 233. *Pirkè Avoth.*
— fol. 251. *Commentum ad Pirkè Avoth.*
— fol. 263^b. *Formulae ad ius spectantes.*
— fol. 268. *Responsa et quaesita theologica de vino impuro* [יין נסך].
— fol. 274. עירובי חצירות.
— fol. 277. הלכות טריפות.
— fol. 281 *De mactatione.*
— fol. 282. הלכות דרך ארץ.
— fol. 285^b. פרקי בן עזאי.
— fol. 288. *Praecepta medica*, quibus titulus: ספר רפאות.
— fol. 289. *Preces pro Hosaannà Rabba et Scimchath Thoràh*, *ex ritu Germanico.*

CODEX CIV. A. IV. 22.

P. Not. lib. Cal. p. 5, n. 99.

Membranaceus, saec. XV (a. 1464), charactere rabbinico exaratus, constat foliis 332. In-4°.

MACHAZOR ABSOLUTISSIMUM RITUS ITALICI.

Loca anti-christiana summa cura erasa fuerunt. Praeter caetera in aliis Machazorim facile obvia, habes in nostro poëmata a libri descriptore eodemque poëta Ephraimo filio Ioabi Mutinensi condita. Sic fol. 146 exarator codicis notat nonnullas סליחות *Orationes propitiatorias,* quae in exemplari proposito desiderabantur, de suo addidisse; earum prima ita inscribitur *Oratio propitiatoria, quam condidi ego minimus Ephraim Mutinensis*, atque incipit: אלהים אל תעזבני כי אליך נפשי אשא Fol. 115, seu ad calcem precum festi *Scevuñoth* haec epigraphe legitur: *hucusque dies sexdecim in libri descriptione impendi.* Tum in fine codicis altera occurrit, quae sic latine sonat: » Ait Ephraïmus filius Ioabi Muti- » nensis ..... feria tertia, die decima Chisleu anni 224 (Chr. 1464) coepi

" describere hoc Machazor, illudque absolvi die secunda Scevat anni 224 " (Chr. 1464) ". Quare intra dies quinquaginta universa codicis descriptione defunctus est scriba iste velox. Nomen suum sic scripsit: אפרים ידי'א בכמר יואב ישר'ו.

CODEX CV. A. IV. 23.

N. p. A. I, 28. Benc. CLXX. Pas. LXXV, t. I, p. 27. Wolf. t. IV, p. 931, A. I, 27.

Membranaceus, exeunte saec. XV (a. 1476), charactere rabbinico et passim litteris aut vario colore aut auro exaratus, constat foliis rec. num. notatis 160. In-4° mai.

SUMMA CANONIS AVICENNAE, hebraice reddita a Nathan Hamathi.

Nomen interpretis sic exhibetur in exordio prologi: אמר נתן המאתי בא גד בנו אליעזר: " Dicit Nathan Hamathi Ba-Gad filius " Eliezeri ", ubi בנו rectius, ut mihi videtur, legitur pro שמו, quod ex codice Bodleiano Laudano profert Wolfius, tom. IV, p. 749. Sequitur (fol. 1[b]) operis titulus, qualis extat in memorato codice Bodleiano: ספר הקאנון ביאורו ספר העקר הכולל: Nescio quomodo, vox illa העקר in Bencinii catalogo redditur: " Clanav, seu substantia generalis, " sive excerpta ex Avicenna ". Hunc titulum referens Wolfius, t, IV, " p. 931, addit: Quid haec vox (Clanav) sibi velit non extrico ". Revera vox non extat in codice. Titulo haec subiunguntur: אמר המחבר אמר השר אבן עלי אבן סינא: In fine: תם ונשלם שבח לבורא עולם ביום . . . ט׳ בטבת ז׳ דיזימברא שנת רל׳ו לפ׳ק . . . אני הוא הכותב . . . חיים בהכ׳ר יוסף מנחם: " Explicit, laus Deo conditori orbis, die 9 Teveth, 7 Decembris, a. 236, min. supp. (a. C. N. 1476)..... " Ego scriba Vita filius Iosephi Menachem ". Haec postea veniunt, quae ex ipso Wolfio, exscribo: " In hac provincia, ubi habito, dominus erat " D. Mahon, quae excisa est die 7 mensis Chesvan 12 a. 5236 a Friburgensibus et Bernensibus, qui cum auxiliaribus copiis venerant ad Ducem " Burgundiae. D. Mahon regressus cum exercitu (ad viginti milliaria), ut " Friburgum obsideret, hoste occurrente, fugatus est die 1 mensis Tamuz " ac exercitum amisit 22 Iunii 5236 ".

Fol. 156^b. *Eiusdem Nathan Hamathi*, *Interpretatio vocum difficiliorum, quae inveniuntur in hebraica versione superioris opusculi.*

Fol. 159. *Tabulae astronomicae.*

Fol. 160. *Lexicon medicum hebraice et hispanice litteris hebraicis.*

CODEX CVI. A. IV. 24.

P. Not. lib. Cal. p. 6, n. 101.

Chartaceus, exeunte saec. XVIII, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 60. In-4°.

מלחמת חובה [*Milchèmèth Chovàh*] Debitum bellum.

Anti-christianorum opusculorum collectio, quae describitur a De-Rossio (*Bibl. Iudaica Anti-christiana*, pag. 70). Vide etiam Wolfium, *Bibl. Hebr.*, vol. IV, pag. 721-726. Amanuensis Raphaël Uri Foa filius Gabrielis Taurinensis ad hanc diem apud synagogam suam ludi magister profitetur se verbum de verbo exscripsisse rarissimam editionem CPolitanam a. 470 (1710). Attamen scatet mendis codex iste.

CODEX CVII. A. IV. 25.

N. p. A. V, 31. Benc. CLX. Pas. CXLVI, t. I, p. 54. Wolf. t. IV, p. 824, A. VI. 9.

Partim chartaceus, partim membranaceus, saec. XV, rabbinico charactere exaratus, constat foliis rec. num. notatis 106. In-4°.

ספר אורים להחכם ר' חסדאי קרשקש :

LIBER LUMINUM SAPIENTIS R. CHASDAI, vel potius CHISDAI, KRESKAS.

Opus innotuit etiam titulo אור י'י et נר מצות. Agit autem praecipue de praeceptis divinis. In fine codicis nostri haec leguntur: והיתה ההשלמה למחבר בחודש זיו שנת ק'ע לפרט האלף הששי ליצירה סרגוסא אשר במלכות ארגון: « Expletum est ab auctore » mense Ziv (mensis nempe biblicus pro Iiar) a. 170, min. supp. sexti » millenarii (a. C. N. 1410) Caesaraugustae in regno Celtiberiae seu Ara- » gona ». Wolfius, t. I, p. 387, atque De-Rossius, *Diz.*, t. I, p. 192, narrant auctorem obiisse a. 1380. Sed Steinschneiderus, *Cat. lib. Hebr. Bibl. Bodl.*, p. 841, monet, eum *Cesaraugustae opus suum composuisse a. 1405-10.* Iam vero codex noster rem omnino confirmat; statuit enim annum 1410, codex sane praestantissimus, utpote qui procul dubio est aequalis auctori. Prodiit postea opus Ferrariae, feria III, die X Illul, a. 315 (1555) in-4°.

CODEX CVIII. A. IV. 26.

N. p. A. V, 14. Benc. CXLIII. Pas. CXXXI, t. I, p. 48. Wolf. t. IV, p. 892, A. V, 13.

Chartaceus, saec. XIV et XV, hispanico charactere exaratus, constat foliis rec. num. notatis 149, ex quibus duo folia, 13 et 14, exciderunt. In-4°.

Fol. 1. רוח חן [*Ruach chen*], *Spiritus gratiae* (seu Introductio in Maimonidis librum *Doctor Perplexorum*) auctore anonymo.

Opus alii tribuunt *Iacobo Antoli*, alii *Iehudae ben Tibbon*, alii *Samueli ben Iehudae ben Tibbon*, neque res adhuc est perspicua. Confer Wolf., t. II, p. 1428; De-Rossi, *Diz.*, t. II, p. 149, et *Ms. Cod.*, t. I, p. 19, cod. 46; Steinschneider, *Cat. Bibl. Bodl.*, col. 638, 1181, 2591. Editum est pluries. Contuli editionem, quae prodiit hebraice et latine cum titulo: *Physica hebraea Rabbi Aben Tibbon ut fertur*, Coloniae, a. 1555, in-8° p. Corrige in edit. pag. 1, lin. 4 יחלוף pro eo quod est יחלות. In codice nostro index exhibetur per synopsin in tabellis; adduntur autem in fine hi quatuor versus:

ראה ספר בשם עולם מקורא
והוא מצער אבל הוא רב פעלים
גדול עצה והוא קטן בעיניו
ועשה שם כאחד הגדולים

Fol. 14. *Levi ben Gerson* מלחמות השם [*Milchamoth hascem*], *Bella Dei*, praetermissa parte I, tractatus V.

Ob duo folia, quae excidisse monui, mutila est praefatio. Incipit: fol. 17, tract. I; fol. 39, II; fol. 47^b, III; fol. 57, IV; fol. 67, V; fol. 97^b, VI. Tractatui quinto praemissa est nota, qua monemur, non exscriptam fuisse partem primam huius tractatus de Ptolemaei Almagesto, eo quod ea pars sit magnus liber seorsim exhibendus. Haec eadem nota legitur in codice nostro CXXXII, aliisque, tum in unica, quae huius operis prodiit, editione, hoc tamen discrimine, quod librarius noster haec habet: ולא בא עדיין לידי:, *neque (liber) pervenit ad meam manum*, contra editor: אין זה מקומו:, *non est hic locus.* Pars, quae hic desideratur extat, in codice nostro XXI. A. II. 1. Opus *Ruach chen* antiquius, opus *Bella Dei* recentius ex vario charactere videtur.

CODEX CIX. A. IV. 27.

N. p. A. IV, 7. Benc. CVII. Pas. CXXIV, t. I, p. 45. Wolf. t. IV, p. 887, A. IV, 6.

Membranaceus, saec. XIV, charactere scriptus ferme quadrato minori satis nitido et duplici columna, constat foliis rec. num. notatis 317. In-4°. Mutilus initio et fine.

Fol. 1. *Salomonis ben Isaac, vulgo Rasci, commentum in Iudices.*

Mutilum incipit a cap. V.

Fol. 6^b. *Eiusd. in Samuelem.*
Fol. 26^b. *Eiusd. in Reges.*
Fol. 49. *Eiusd. in Iesaiam.*

Fol. 99[b]. *Eiusd. in Ieremiam.*

Fol. 117[b]. *Eiusd. in Ezechielem.*

Quaedam in fine desiderantur, quia excidit folium.

Fol. 150. *Eiusd. in Prophetas minores.*

Extat in fine, fol. 187[b], Appendicula anonymi.

Fol. 188. תוספת הרב ר' אלעזר מיוורונא נ"ע. *Appendix R. Eleazari, seu Elasar, De Verona* (in versum 19 capitis VIII, *Iesaiae*).

Fallitur Pasinus, legens: *Eliezeri* [אליעזר] *De Iorona.* Folio autem 188[b], lin. 9, col. 1[a], mentio fit cuiusdam Samuelis fil. R. Eleazari.

Fol. 189[b]. *Commentum in Paralipomena, nullo indicato auctoris nomine, sed concinnatum ad exemplar Aben Ezra.*

In fine, fol. 210[b], col. 2[a], haec leguntur: סייםתי פירושי דברי הימים שבח ליושב על כסא רחמים ממטבע חחכם הפילוסוף ר' אברהם אבן עזרא על יד שמואל בר ירחמאל הסופר זצ"ל: « Explevi Commenta in Paralipomena, Deo favente, ad exemplar sapientis « docti philosophi Abraham Aben Ezra. Manu Samuelis filii Ierachmeel « librarii ».

Fol. 210[b]. *Fragmentum Commentarii in Malachiam, ad exemplar Aben Ezra.*

In fine: מצאתי בהשלמת הפירוש מעט מפירוש מלאכי ממטבע החכם הנבון הנזכר: « Inveni, cum explerem commen« tarium, fragmentum commentarii in Malachiam ad exemplar docti au« ctoris memorati ».

Fol. 211. *Commentum Rasci in Psalmos.*

Quaedam sunt lectionis varietates, si conferas editiones.

Fol. 251. *Eiusd. in Proverbia.*

In fine (fol. 269b): נשלם פירוש משלי על יד שמואל בר בר ירחמאל זצ'ל.

Fol. 270. *Eiusd. in Iob.*

Fol. 275. *Eiusd. in Danielem.*

Fol. 310. *Anonymi, Commentum in Esdram.*

Inc.: בשנה אחת לכורש מלך פרס זה כורש מלך פרס בן אחשורוש בן אסתר המלכה: Pauca desunt in fine Commenti.

CODEX CX. A. IV. 28.

N. p. A. I, 10. Benc. X. Pas. LXIII, t. I, p. 23. Wolf. t. IV, p. 859, A. I, 9.

Membranaceus, saec. XV (a. 1483), charactere scriptus hispano admodum nitido, constat foliis rec. num. notatis 222, praeter duodecim initio, quae nullo numero notata referunt praefationem et indicem. In-4°. Praefert hanc notam: שלי זה הטור יעקוב בר' אליעזר סג'ל ממדינת איטליינו מעיר פאוייה: *Hic ordo est mei Iacobi fil. R. Eliezeri ex familia Levitica, natione Itali ex urbe Papia.* Continet:

IACOB BEN ASCER, אורח חיים [*Orach chaiim*], seu Ordo I ex *Arbaña turim.*

In fine: סיימתי טור אורח חיים שבח לאלהים: כתבתי זה הספר להר' אליעזר בר' אשר הלוי יצ'ו להגות בו הוא וזרעו .אני זרח בר' דוד לפרט גמ'ר הסופר: „ Absolvi Ordinem Orach „ Chaiim, laus Deo viventi; scripsi hunc librum in usum R. Eliezeri filii „ R. Ascer Levi, quem Deus incolumem servet, ut illum meditetur ipse „ et semen eius, ego Zarach filius R. David, anno min. supp. 243 (a. C. „ N. 1483), librarius „. Non recte Pasinus duas illas voces compendiosas

סג'ל et יצ'ו existimavit esse cognomina personarum, dum altera significet: סגן לויים, altera, ישמרהו צורו ויחייהו. Nec sane rectius Bencinius, atque inde Wolfius, t. IV, p. 859, opus tribuunt Iosepho Karo.

CODEX CXI. A. IV. 29.

N. p. A. III, 4. Benc. LXXIX. Pas. CIX, t. I, p. 41.

Membranaceus, saec. XIII, charactere exaratus quadrato cum punctis vocalibus et accentibus, manu, uti videtur, hispanica, triplici columna, constat foliis rec. num. notatis 479. In-4°.

BIBLIA cum utraque Mazora.

Prophetae veniunt hoc ordine: *Ieremias*, *Ezechiel*, *Iesaias*. Hagiographa autem: *Ruth*, *Psalmi*, *Iob*, *Proverbia*, *Canticum*, *Threni*, *Daniel*, *Esther*, *Esdra*, *Paralipomena* mutila in fine. Praeter puncta et accentus notantur divisiones versuum, et in margine *Aphtaroth*. Mazora, ut fit, charactere rabbinico exarata est, eoque italo. Psalmi numerantur in codice CXLIX, cum sint CL; nempe numerus CXXI (fol. 381) repetitur. In fine (fol. 385) psalmorum monentur, quod ex iis LXXIV sint Davidis, XII Asaph, XI filiorum Korah, III Idithun, I Heman, I Ethan, II Salomonis, reliqui Mosis et Synedrii. Pariter ad calcem cuiusque libri indicatur auctor ex sententia illius qui scripsit. Mirum est, quod Canticum Canticorum (fol. 411) tribuatur Davidi, et Proverbia Iesaiae (fol. 409-11), Iob Mosi (fol. 398), Daniel magnae Congregationi. Nihil additur de auctore Regum.

CODEX CXII. A. IV. 30.

N. p. A. IV, 13. Benc. CXIII. Pas. CXXVI, t. I, p. 47.

Membranaceus, saec. XIV (a. 1379), charactere rabbinico exaratus, modo cum punctis, modo sine punctis vocalibus, constat foliis rec. num. notatis 235. In-4° mai.

MACHAZOR GERMANICUM pro anni initio, diebus poenitentialibus, die Expiationis et festo Tabernaculorum. Mutilum in fine.

Textus biblicus caret punctis. Preces *Succoth* vix pro prima vespera exhibentur. In fine haec leguntur: בשנת ונפ'ך לפרט כתב יוסף המחזור כסידרן בריך רחמנא דסייען: „ Anno 139 min. supp. „ scripsit Ioseph Machazor ordinate. Benedictus Dominus qui effecit, ut „ expleretur „. Non recte Pasinus legit annum 109, aut בסירדן (quod nomen urbis existimavit) pro eo, quod nos legimus כסידרן.

CODEX CXIII. A. IV. 31.

N. p. A. I, 24. Benc. XXIV. Pas. LXXI, t. I, p. 26. Wolf. t. IV, p. 762, 939, A. I. 23.

Chartaceus, cum aliquot etiam foliis membranaceis interiectis, saec. XV, charactere rabbinico ac varia manu exaratus, constat foliis rec. num. notatis 195, praeter vacua plurima non notata, in-4°. Passim mutilus, ac pessime compactus. Folia sic in quemdam ordinem pone: fol. 1-66, 82, 67-75, 83, 84, 76-195. Extat in fol. 181 testimonium venditionis, ubi codex designatur titulo: ספר יצירה ונקוד, *Liber Ietziràh et punctorum*. Verum in eo haec continentur:

Fol. 1. *Commentum in Sefer Ietziràh, auctore forsan illo Azariele, qui memoratur ad calcem sequentis opusculi.*

Quaedam desiderantur initio capitis primi. Caput secundum incipit, fol. 9, sic: כב' אותיות יסוד ג' אמות ז' כפולות יב' פשוטות ג' אמות אמש יסוד כף זכות וכף חובה: Fol. 27^{b}, legimus: תמו שלשים ושתים נתיבות ופתרונם: *Finiunt viginti duo* נתיבות (sunt nempe sectiones libri Ietziràh) *et eorum commentarium*. Bencinius, atque inde Wolfius, t. IV, p. 939, tum Pasinus (qui fere Bencinii verba exscripsit) librum definiunt: *Sermo de multiplici literarum pronuntiatione*

et virtute, de septem Angelis, de septem stellis, de septem coelis etc. Ita quidem; nam haec omnia spectant librum Ietziràh. Sed opusculum peculiari titulo appellandum esse *Commentum in Ietzirâh*, satis constat et ex contextu, et epigraphe, quam paullo superius retuli. Revera in nota venditionis huius codicis (fol. 181) liber appellatur, si non proprie, saltem evidenter: *Liber Ietzira*. Opusculum a sequenti (fol. 27[b]) omnino distinctum est, quamvis utraque in simili argumento versentur. Distinxit Bencinius, minime Pasinus.

Fol. 27[b]. סוד דרכי הנקוד, *Mysteria punctorum* (*auct. Azariele?*).

Singula capita unam ex litteris vocalibus spectant; capitibus autem initium fit versibus. Sic e. g. ad caput de שורק (fol. 42) leguntur hi versus:

ראה שורק דמות קשר מקוים
ועליו היסוד הוכן לא שש
והוא סוד ואו בצורת התכונה
ואכן מעלותיו הם כמו שש

Post male interiecta ex aliis codicibus quaedam folia (nempe 67-81) finem tractatus invenies ad fol. 82, quo verso scriptum est: תם ונשלם, dein manu recentiori, nescio qua auctoritate, additur: עד כאן לשון החכם הרב ר' עזריאל שקבל מפי הרב: « Huc usque sermo » sapientis R. Azarielis, quem accepit de ore magistri ». Hanc epigraphen referunt Wolfius ex Bencinio, Pasinus, atque inde Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 756, ad vocem *Asriel*, cuius recenset editum commentarium in X Sephiroth. Non idem sane opus est. Quod ad רב [*rab*] spectat, a cuius ore Azariel sermonem accepit, Pasinus interpretatus est de *Abba Aricha*, auctore saeculi III. *Male*, inquit Steinschneiderus, l. c. Addit autem: « Ipsissima verba leguntur in appd. op. nostri ed. 1798 » (ap. *Iell.* Beitr. II, 36), ubi pro הרב legitur הרמ״בן, i. e. Nachmanides, » qui ergo nostri magister factus, forsan per scribam, qui vocem הרב » sensu suo ap. Kabalistas communi interpretatus est. Forsan noster » quoque est R. Asarja citatus in Midrasch hanneelam, quem *Iell.* (ib., » p. 73) fictum fert ».

Fol. 67. *Parvum fragmentum de Nominibus mysticis.*

Fol. 69. *Dialogi philosophici et theologici.*

Nullo praemisso titulo incipit opus: שאל השואל מי יכריחנו להאמין שיש לעולם מנהיג תשובה כמו שאי אפשר לספינה בלא מנהיג:. Mutilum desinit folio 74*b*.

Fol. 75. *Fragmentum operis cabalistici.*

Huc spectant duo alia fragmenta ex foliis 83-84.

Fol. 76. *Fragmentum operis de* מרכבה.

Fol. 82. (Retuli ad opusculum primum, quod vide).

Fol. 83-84. (Retuli ad fragmentum folii 75, quod vide).

Fol. 85. *Opus philosophicum et astrologicum in II Partes distinctum.*

Praemissis aliquot versibus, extat praefatio. Opus autem incipit: דע אחי ישמרך האל שאני פותח לך שערי הפרדס:. Inter folia 98-99 nulla est lacuna, quamvis eam testari videantur folium vacuum interiectum et varius inde character. Descriptae sunt fol. 101 sq. tabellae astrologicae. Pars secunda operis incipit folio 112.

Fol. 120. *Fragmentum operis cabalistici.*

Caput IX incipit sic: החלק הט והוא לכלול המלה במעט אותיות Clauditur opus folio 163 quibusdam praeceptis de moribus. Folio eodem, lin. 4, memoratur nescio quis Rabbinus הר' טרושטליך נביא *Terostolin? propheta?*

Fol. 167. *Abrahami fil. R. Meir Aben Ezra*, כלי הנחושת [*Chelì hannechoseth*] *Vas aeneum* (seu de astrolabio).

Praemittuntur quatuor versus, in quibus insertus est titulus operis. Huius tituli ratio redditur in praefatione, quae incipit: נאם אברהם בר' מאיר אבן עזרא הספרדי המחבר:. « Dictum Abrahami fil. Meir « Aben Ezra hispanici auctoris ». Opus incipit: כל מבין ושמע ידע כי לשון הקודש היתה רחבה מכל לשונות:. Miror, quod Pasinus hoc opusculum praetermiserit, cum de illo admonitus esset a Bencinio, a quo memorant Wolfius, t. IV, p. 762, De-Rossius, *Diz.*, I, p. 12, et Steinschneiderus, *Cat. lib hebr.*, etc., p. 684, n. 53, qui De-Rossium

emendat in eo quod suspicatur opusculum esse partem maioris operis Aben Ezrae *Rescid chochmà*. Character variat ad fol. 172; nulla tamen lacuna. Opus editum est Koenigsb. 1845, in-8°.

Fol. 175. ספר סלם המזלות, *Liber de scala (seu gradibus) planetarum*, omisso auctoris nomine.

Fol. 182. *Fragmenta astrologica et tabulae astronomicae.*

CODEX CXIV. A. IV. 32.

N. p. A. III, 20. Benc. XCV. Pas. CXV, t. I, p. 42.

Membranaceus, saec. XV, charactere scriptus rabbinico, ac quam maxime perspicuo, constat foliis rec. num. notatis 118. In-4°.

ANONYMI, Animadversiones in Pentateuchum.

Incipit fol. 1 prooemium sic: בשם האל הגדול הנורא אתחיל לכתוב חדושים בפירוש התורה:. Sequitur eodem folio verso alia praefatio, quae incipit: משה רבינו כתב הספר הזה עם התורה כלה מפיו של הב'ה והקרוב שכתב זה בהר סיני:. Laudatur in hoc opere Commentum *Sifri* (fol. 116, lin. 14; 118, lin. 6), R. Abraham (fortasse Ibn Ezra) fol. 114, lin. 13.

CODEX CXV. A. IV. 33.

N. p. A. II, 16. Benc. XLI. Pas. XCIII, t. I, p. 33. Wolf. t. IV, p. 857, A. II. 15.

Chartaceus, saec. XV, charactere germanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 115. In-4°. Desideratur libri titulus, ad quem tamen excipiendum, vacuum spatium relictum est. Verum in eo continetur notum opus Pseudonymi:

IOSEPH BEN GORION, seu Iosippon, historia Iudaica ab Adamo ad Iosephum Flavium.

Inc.: [אדם] הוליד את שת ושת הוליד את אנוש ואנוש הוליד את קיין: (*sic*). Primum folium media fere parte, alterum maxima parte excidit, ut sint duae lacunae in operis initio. Nulla est aut librorum aut capitum distinctio. Desinit autem historia ad ea, quae Titus, post excidium templi, Iosepho locutus est: ויאמר טיטוס ליוסף בחר לך בכל מלכותי מקום לשבת ואתן לך ויבקש יוסף האי אשר ברומי מפאת קדים הים (sic uti videtur) ומכל פאת נהר תיבריך ויבנה לו שמה בתים עם כל משפחתו ומדרש להתפלל שמה ... Duo eiusdem operis, uti omnes norunt, aliquantum diversa exemplaria extant. Alterum ex antiquiori textu ac magis puro neque in libros aut capita distincto prodiit saeculo XV in editione principe ab Abrahamo Conato comparata. Alterum ex recentiori textu passim mutato atque in sex libros distincto prodiit in editione Constantinopolitana (a. 1510), Veneta (a. 1544) ac Gothana Breithaupti. Contuli ecquidem codicem nostrum cum editione Veneta, atque ab ea diferre vidi, nec solum quod ad librorum distinctionem spectat, sed etiam in textu. Ex iis autem, quae De-Rossius refert (*Annal.*, pag. 118), comperi, codicem nostrum omnino concinere cum editione principe Conati, vel in eo additamento, quod extat ad calcem operis, atque ab ipso De-Rossio rescribitur. Confer Wolf., t. I, p. 547; De-Rossi, *Diz.*, t. I, p. 149, *Ann.*, l. c., et Steinschneider ad vocem *Iosippon*. Sunt in fine quaedam nullius momenti ab iis, qui codicem possederunt, adiecta. Interea tamen haec notantur: שלי זה הספר הנקרא יוסף בן גוריון הקטן יצחק טריוויש בן מתתיה טריוויש: « Liber iste, cuius titulus Ioseph b. Gorion est Isaaci Treves, filii Mathathiae Treves ». Sequuntur alio charactere versus quidam contra ludos.

CODEX CXVI. A. IV. 34.

P. Not. lib. Cal. p. 6, n. 111.

Membranaceus, saec. XIV exeunte, charactere scriptus quadrato cum punctis vocalibus et accentibus, constat foliis 198. In-4°.

IUDICES, SAMUEL, REGES, ac Prophetae posteriores.

Liber Ieremiae caeteris prophetis praeponitur, succedunt Ezechiel, Iesaias, aliique; qui ordo suadere potest e vetusta membrana codicem descriptum fuisse. Haec habet A. Peyron de hoc Calusiano codice. Disserit postea, data occasione, de codicibus biblicis taurinensibus. Quam dissertationem equidem in notis ad praefationem retuli.

CODEX CXVII. A. IV. 35.

N. p. A. III, 16. Benc. XCI. Omissus a Pasino.

Membranaceus, saec. XIII, charactere rabbinico ad formam quadratam accedente, modo cum punctis vocalibus, modo sine punctis, constat foliis rec. num. notatis 179, praeter unum initio quod nullo numero notatum est, atque partim intercidit. In-4° min. Mutilus in fine.

SELECTAE VOCES BIBLICAE seu glossae ad ordinem librorum explicantur dialecto gallica litteris hebraicis.

Exempla dabo, ex folio primo verso, atque ex Genesi:
Vox הנפילים (Gen. VI, 4). Versio: לי'ש גייאנש (nempe *Les géans*). Tum uti glossa additur: ענקים כלום שנפלי מן השמים, sunt nempe ענקים, qui de coelo ceciderunt (de quibus vide Num. XIII, 33).

Vox השם (ib.)	Versio: דרנון (*de renon, de renom*);
" וינחם (ib. v. 6)	" איפורפאנשא (*e fu repensé, repenti*);
" ויתעצב (ib. v. 6)	" איפוקורציי (*e fu coroucé, et fut corroucé*);
" התהלך (ib. v. 9)	" פוראלא (*fur? allé*);
" דרכו (ib. v. 12)	" שאקוטומא (*sa coutume*);
" את־הארץ (ib. v. 13)	" דלאטיירא (*De la terre*).

Glossis Gallicis alia bibliae loca adduntur, in quibus vox illustrata occurrit. Fol. 65, legitur nomen *Raphael filius R. Abrahami*. Fol. 142, haec leguntur: זה חצי הספר והוא רחום יכפר. *Hoc operis dimidium* etc. Fol. 172: שלי כאו' יחיאל בר' שלום הלוי הי'ר מטויאף? *Mei Iechiel filii R. Salomonis Levi de ?* . . . . .

CODEX CXVIII. A. IV. 36.

N. p. A. VI, 6. Benc. CXVI. Pas. CXXIII, t. I, p. 45. Wolf. t. IV, p. 888, 892, A. IV. 5.

Membranaceus, saec. XV (a. 1434), charactere scriptus rabbinico perpolito, constat foliis rec. num. notatis 140. In-4°.

R. LEVI BEN GERSON, vulgo Ralbag, **ביאור ספר איוב:**, Commentarium in Iob, cum animadversionibus in margine.

Editum. Textus biblicus punctis vocalibus instructus est. In fine, fol. 139[b], haec habentur: והיתה השלמת זה הביאור בשני בשלשה ועשרים לירח טבת של שנת חמשת אלפים ושמנים ושש לפרט האלף הששי אל חכם ר' לוי בן גרשום ז'ל כשעשאו (sic) העירה אוינוין: « Completa est haec expositio feria secunda, 23 mensis Teveth, a. 5086 » min. supp., sexti millenarii (a. C. N. 1325) a sapiente R. Levi fil. Gher» son f. m., quam ipse confecit in urbe Avenione ». Sequitur fol. 140 carmen amatorium; atque eodem folio verso, charactere quadrato, scriptum est: ותכל מלאכת עבודת זה ספר על ידי מאיר דשלויש מפרובינצא יצ'ו והיתה השלמתי פה . . . ראש חדש אדר של שנת המשת אלפים ומאה ותשעים וארבע לבריאת עולם:. « Et expletum est » opus servile huius libri manu Meir de Silvis Provincialis, quem Deus » servet atque incolumem faciat, hic (*abrasum iniqua manu loci nomen*) » initio mensis Adar, a. 5194 ab orbe condito (a. C. N. 1434) ». Opus editum pluries; confer Steinsch., *Cat. Bodl.*, p. 1613, n. 15. Nescio, cur Pasinus omiserit nomen *Avenionis*, quod referunt Bencinius et Wolfius. Non recte idem Pasinus habet annum 1326 pro 1325, ac perperam omnino compendiosam scripturam יצ'ו reddidit *Itzau*, veluti nomen proprium.

CODEX CXIX. A. IV. 37.

P. Not. lib. Cal. p. 7, n. 114.

Chartaceus, decem postremis foliis exceptis, quae sunt membranacea, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat

foliis 202. In-4°. Codex optimae notae, possessus olim a Iehuda Davide Sacerdote [מפאליסטיר] ex Palestro, subinde a Iehuda fil. Michaëlis Sacerdotis ex urbe Casali, uti adnotatum est in fronte, atque in margine folii primi.

(Descriptionem codicis a clarissimo Amedeo Peyron deprompsi, atque ad verbum exhibeo, vix paucis, sicuti oportuit, aut aliquantulum mutatis, aut additis).

Fol. 1. ס' הנפש העתיקו ר' יהודה אלחריזי, *Liber de Anima*, *interprete R. Iehuda Alcharizi.*

Indubie fol. 5: « Expliciunt verba Galeni philosophi de corde, de « anima, de corpore, de intellectu; ex lingua arabica in linguam sanctam « vertit Iehuda fil. Salomonis Alcharizi ». Nomen Galeni scribitur ניליאנוס. Prodiit hic dialogus a. 1519. De eo vide Wolfium, *Bibl. hebr.*, t. I, n. 79; De-Rossi, *Annales ab a. 1501 ad 1540*, p. 18, et *Diz. Aut. Ebr.*, I, 30; Steinsch., *Cat. lib. Hebr.* etc., p. 1319. Suspicantur enim dialogum hunc Galeni eiusque discipuli Moriae de graeco in arabicum sermonem conversum fuisse ab Abrahamo bar Chasdai, indeque in hebraicum ab Alcharizi; equidem arabicum textum adscribere mallem Honaino ben Isaak, de quo sic anonymus apud Casiri, *Bibl. Arab. Hisp.*, t. I, p. 286: « Galeni libros secundum Alexandrinorum methodum, quos imitandos « sibi proposuerat, in optimam dialogi formam redigit ». Revera in ipso codice (fol. 5ᵇ) post prologum opus dicitur *Chananiae* (seu Honein) *ben Isaak:* חנניה בן יצחק אמר. Illius vero nomen postea pluries repetitum est.

Fol. 5. ס' מליצות הפלוסופים וחידותם, *Liber argutiarum philosophorum*, *eorumque aenigmatum.*

Nempe habes מוסרי הפילוסופים impressos Ripae Tridentinae. Desideratur sectio tertia; in varietate lectionis apophthegmatum 35 et 84 postremi capitis concinit cum codice CCXLII, A. VII. 30, fol. 1, quem confer; abest etiam apophthegma 87.

Fol. 42ᵇ. *Iedaiae Appenini* בחינת העולם, *Examen mundi.*

Pluries editum. Confer quae moneo ad fol. 1, codicis A. VII. 37.

Fol. 54^b. *Anonymi* בקשה, *Oratio, quae vocabulis* אלף *mille constat, et cuius singulae voces a littera* aleph *incipiunt.*

Eam Iedaiae Appenini adscriberem. Inc.: אלהים אלי אתה אשחרך

Fol. 56^b. *Iedaiae Appenini* בקשה, *Oratio pro ieiunio diei Chippur, inscripta* ביתאל.

Sic nempe inscripta, quia vocibus constat בית scil. 412, atque solae litterae ab *aleph* ad *lamed* usurpantur, itemque quavis in voce adest *lamed.* Vide Wolf., *Bibl. Hebr.*, III, p. 286; De-Rossium, *Mss. Cod.* ad cod. 88 et 1138.

Fol. 58. *Iedaiae Appenini filii Abrahami Bedrasci* בקשה, *Oratio, in qua singulae voces a littera* mem *incipiunt.*

Subiiciuntur nonnulli versus a patre in orationis huiusce laudem compositi, uti in De-Rossiano 98, et in codice nostro A. VII, 49, fol. 42^b.

Fol. 60^b. *Iedaiae Appenini* בקשה, *Oratio.*

Inc.: אמרתי אשמרה אורח אמת. Paucis praefatur Appenini se hanc orationem composuisse, ut in ea nomen suum notaret; in praecedentibus enim a metro prohibebatur. Revera undecim primi versus seu in principio, seu quavis in voce acrostici dant nomen אני ידעיה הפנ' *ego Iedaias Appen.*; quisque versus octo constat vocabulis, quae eadem, ac prima vox versiculi, littera alphabeti incipiunt, ita ut voces primi versus ab *aleph,* secundi a *nun,* tertii a *iodh* etc. exordiantur. A versu duodecimo ad finem metri ratio variat, omniaque vocabula a littera *aleph* incipiunt. Oratio hebraicis bibliographis ignota, quod sciam.

Fol. 62. *Iosephi Ezobi* קערת כסף, *scutella argentea.*

Edita hebr. et lat. Confer quae moneo ad fol. 37^b, cod. A. VII. 37. Praeit anonymi carmen.

Fol. 65. *Anonymi* בקשה, *Oratio, versibus 23 constans acrosticis iuxta alphabeti ordinem.*

Inc.: אקרא אישים טף נשים.

Fol. 65[b]. *Anonymi* ס' היחוד, *Liber de Unitate.*

Inc.: יראת יי ראשית דעת. Eleazaro Wormatiensi librum eiusdem tituli adscribunt Wolfius, *Bibl. Hebr.*, I, p. 190; De-Rossi, *Dizion.*, I, p. 103, et *Mss. Codd.* ad cod. 1138.

Fol. 66. *Menachemi ben Zerach* הלכות שחיטה ובדיקה, *Constitutiones de mactatione et inquisitione.*

Inc.: « Ait Menachem ben Zerach; petiit a me R. Ioseph ben Israël, « ut eius in usum breviter perstringerem constitutiones de mactatione et « inquisitione ». Tum eae incipiunt: מי שירצה לאכול, uti in eiusdem auctoris libro צדה לדרך, tract. II, sect. II, cap. III, fol. 84[b] edit. Sabionetae. V. Steinschn., *Cat.*, p. 1740.

Fol. 68. *Anonymi carmen in tredecim fundamenta.*

Inc.: ראה חכם מצואות (sic) אל ברורה זכור על כל זכירה

Fol. 69. *Anonymi* מאמרים נבחרים מספר האיטיקש, *Tractatus selecti ex libro Ethices.*

Decem sistuntur מאמרים, singuli in capita distinguuntur, capita solis constant sententiis. En primam הטוב הוא אשר הכל יתאוו אותו

Fol. 87. מאמרים יקרים לקוחים ממאזני צדק אשר לאבוחמד: (*Anonymi*) *Sententiae pretiosae collectae e libro* מאזני צדק τοῦ *Abu Chamed.*

Liber *lances iustitiae* auctore Abu Chamed Algazali hebraice versus ab Abrahamo bar Chasdai servatur in codice De-Rossiano 398. Noster nonnisi sententias in 27 capita tributas continet. Inc.: המשכיל יקר מעליו לעזוב: (Exemplum addam ex fol. 92, n. 220: ישמרנו האל מחצי חכם ומחצי רופא: « Deus nos servet ab eo, qui sit vix di« midia parte doctus, vix dimidia parte medicus) ».

Fol. 93. *Senecae monita.*

Seu sententiae lingua hispanica, at hebraicis litteris scriptae; ad earum calcem legitur *ahicy acaba el libro de Seneca de los* [sic לרוש] *amonestaciones y doctrinas.*

Fol. 99. *Iedaiae Appenini* מבחר הפנינים *delectus margaritarum.*

Commentarium neque semper subiicitur, tum edito contractius.

Fol. 147b. שער המשלים שחיבר הר' יוסי ניקטילא ז"ל, *Gecatiliae Iose, Portae similitudinum (seu parabolarum).*

Librum bibliographis hebraicis ignotum, atque in hoc solo codice delitescentem, De-Rossius ex literis Calusii cognoverat, et commemoravit in *Diz. Aut. Ebr.*, I, p. 125. (Memorat codicem nostrum ex De-Rossio Steinschneiderus, *Cat. lib. Hebr.* etc., p. 1462. Idem opus, sed imperfectum extare videtur in cod. Uri 365). Iuvat tamen recensere accuratius. Inc.: אמר המחבר יהי שם י"י מבורך מעתה ועד עולם אשר יצר את האדם בחכמה והכינו בשתי יסודות וגו':, qua in praefatione similitudinum praestantiam laudat, eamque tum rationis momentis, tum scripturae atque talmudis locis, tandem summorum virorum, puta R. Meir qui tercentas vulpium fabulas conscripserat, exemplis confirmat. Succedit index similitudinum 138; at in opere ipso numerantur 143, nonnullae enim in indice omissae fuerunt. En primas: 1. Cuinam comparanda hominis creatio. 2. Cuinam comparandum peccatum primi hominis. 3. Cuinam comparandum bonum et malum in hominis potestate. 4. Cuinam comparanda turpitudo peccati primi hominis. 5. Cuinam homo iustus comparandus si cum angelo conferatur. 6. Cuinam comparanda anima in corpore. 7. Cuinam comparanda anima in infantia. 8. Cuinam comparanda anima in adolescentia. 9. Cuinam comparanda anima in senectute. 10. Cuinam anima iusti comparanda. Sequuntur ipsae similitudines; primae specimen dedit De-Rossius l. c., alterius versionem subiiciam. « Cuinam comparandum est peccatum primi hominis? Servo, quem Rex civitati praefe« cerat, munitionibus atque arcibus exceptis, quas sua in potestate serva« verat. Perstitit Rex, ab eoque servus, quin utilitati suae consuleret, « rebellis defecit. Accomodatio. Cum Deus creavit hominem, eumque « donavit forma omnigenam mundorum omnium perfectionem referente, « perstitit Deus, hominique coelestes thesauros monstravit, tum ipsi per« multas tradidit claves, quibus sibi scientiae thesauros congereret, Dei

» notionem acquireret, ei inserviret veluti servus hero, docilemque se ipsius » voluntati praeberet. At licet homini thesauros scientiae aperuisset, ne- » quibat iste altissima mirabilia creatoris assequi, Dei enim scientia infinita » est et immensa. Ut vero stupendam mundi praestantiam, rerum creatarum » excellentiam, earumque potentiam vidit homo, superbia elatus, regnique » cupidus a Deo defecit, iisdem clavibus usus a Domino acceptis. Nequivit » tamen homo consilium suum perficere, quippe Dei cogitationes interius » exteriusque longe superant humanam intelligentiam; namque penes Deum » claves internae munitionum et arcium remanserunt, quare vota sua non » implevit homo ab illo desciscens; Deus enim perstitit, atque rebellem » expulit ». Ad operis calcem (fol. 180[b]) haec legitur epigraphe: אנא זעירא דמן חבריא יוסף בר' יעקב נ"ע ן' פישאנטי בעזרת צורי ומפלטי כתבתי זה הספר והשלמתיו יג' ימים לירח תשרי שנת הרנ"ד ליצירה: « Ego minimus inter sodales Iosephus filius Iacobi ben » Pisanti, Deo favente, librum hunc scripsi, atque absolvi die XIII mensis » Tisri, a. 5254 (a. C. N. 1493) ». Cum codex luculenter praeseferat ר' יוסי ניקטילא:, tum miror De-Rossium indubitanter hoc opus Iosepho Gecatiliae assignasse. (Sic etiam ex De-Rossio Steinschneiderus, l. c.). Quemadmodum enim in Gecatiliae familia Iosephus et Moses libris editis illustres celebrantur, sic et Iosè, novum familiae decus, oriri potuit.

Fol. 181. *Anonymi* אבני זכרון מעט מזער מן המצבות שעל החכמים והאצילים והגדולים שנמצאו כתובות בבית החיים של טוליטלה העיר מקודם מהוללה:, *Lapides memorandi. Specimen cipporum impositorum sepulchris sapientum, magnatum, et procerum, qui inscriptione decorati inveniuntur in coemeterio Toleti, urbis vetustae celebritatis.*

(Editi sunt a Samuele Luzzato אבני זכרון, *Lapides memoriae*, seu 76 epitaphia Toletana antiqua, ex apographo Io. Almanzi, Pragae, 1841, in-8°. Quamvis non dubitem, quin in memorata editione contineantur haec nostra, attamen praestat adhuc exscribere, quae habet A. Peyron, cuius scripta de Calusianis codicibus hic semper repetere in animo est). Iudaicorum epitaphiorum specimen dedit Wolfius, *Bibl. Hebr.*, t. IV, p. 1167 sq., e schedis Cnollenii, ubi aliorum philologorum, qui literas rabbinicas

e cippis illustrare sategerunt, studia recenset. Verum illa solos Germaniae rabbinos spectant, eosque recentissimos; nostra a coemeterio Toletensis synagogae deprompta pertinent ad saeculum XIII et XIV. Singularum lapidum indicem describere, atque familiarum Meir levitae, Abulafiae, Ellavi [אל לאוי], ben Nachmisc, ben Alnakva [אלנאקוה], Scosan, Sason, Machir, Chamid, Falcon, Avi-Zimra, ben Israël aliorumque genealogias contexere, cum longum (inscriptiones enim ultra sexaginta refert codex), tum inutile existimavi e meritis tenebris eruere nomina literarum ingloria; quare celebriora indicasse contentus, a familia Rabbenu Ascer exordiar. Rabbenu Ascer Toleti obiisse constat ex lapide codicis Calusiani; illum ante a. 87 (a. C. N. 1327) fato esse defunctum colligo ex epitaphio eius uxoris, quod ut coniunctissime cum coniuge vixisse eam laudat, sic neque mortuam ab eo seiungi notat; haec vero vita cessit die 28 Ab, anni 87. Sex suscepisse filios Iechielem, Simeonem, Iacobum, Salomonem, Iudam, Eliacimum, unamque filiam Mariam ex variis epitaphiis video. Iudas filius Rabbenu Ascer, filii Iechielis, f. Uri, f. Eliacimi, f. Iudae, in Germania natus die 9 mensis Ab, inde profectus maritimo itinere Toletum venit die prima Iiar, obiit die 17 Tamuz, a. 109 (a. C. N. 1349). Quapropter falsus est Wolfius, *Bibl. hebr.*, t. I, III, n. 694, scribens Iudam a. mundi 5159, vel 5151 mortem sibi conscivisse, ne persecutionis Iudaeorum, eorumque ad Christi castra conversionis testis esset. Nihil horum, quae Iudaei homines utique in eius laudibus posuissent utpote flagrantissimi zeli argumenta, Iudae cippus commemorat. Maximam quidem stragem passa est Toletensis synagoga a. 109, ut duo supra viginti lapides in sola nostra collectione occurrant virorum eo anno vita defunctorum; verum tantae caedis non christiana religio, sed pestis [מגפה], quae in singulis fere laudatis monumentis commemoratur, atque in uno alterove describitur, insimulanda est. De peste a. 1348, quae post afflictas Orientis, Siciliae et Italiae provincias, mense Octobri (scilicet a. hebraeorum 1349) in Hispania grassabatur, vide Marianam, *De rebus Hispaniae*, lib. XVI, cap. XIII. Iacobi filii Arosc cippus haec tanti viri recitat opera פי' לפסקים ולתורה ופסקים לג' סדרים ומלאכת ד' טורים: « Commentarii in decisiones » et in legem, decisiones in tres Talmudis partes, opus quatuor ordinum »; vita per multos labores iactâta defunctum perhibet die 13 Tamuz, quin annum notet; tandem ait « en quinque filii descenderunt ad patrem suum, » quorum duo dextrorsum, tres sinistrorsum sepulti sunt ». Ergo corruunt quae disputabat Wolfius, *Bibl. hebr.*, t. III, p. 443, utrum Iacobus in Germania manserit. Simeon iustus [הצדיק] filius Arosc obiit die sabbati 13 Illul, a. 102 (a. C. N. 1342). Emenda Wolfium, t. I, n. 2188 perhi-

bentem a. 1248 occubuisse. Caeterae Rabbenu Ascer prolis epitaphia desiderantur; omitto illa eius nepotum, quorum plerique anno pestis 109 (a. C. N. 1349) florida in adolescentia inglorii perierunt. R. Menachem ben Zerach filius Aaronis grandaevus obiit mense Ab, a. 145 (*Thren.*, V, 3, היינו איך אב, a. C. N. 1385). Hinc corrige De-Rossium, *Diz. Aut. Ebr.*, t. II, p. 49. R. Iona Achasid (pius) filius Abrahami a Girona obiit mense Marchesvan a. 5024 (a. C. N. 1263). Dubia erat epocha apud De-Rossium, *Diz.*, I, 136. R. Meir Levita filius Todros Levitae obiit mense Nisan a. 5004 (a. C. N. 1244). Concinit De-Rossius, *Diz.*, II, 45. David filius Ghedaliae e familia ben Iachia in Lusitania natus, Castilliam venit, Toleti obiit mense Tisri a. 80 (a. C. N. 1319). Quare emenda Wolfium, *Bibl. hebr.*, t. I, n. 482. Postrema lapis elogia sistit Iosephi ben Scosan filii Salomonis qui novam synagogam a fundamentis excitavit; obiit mense Scevet a. 967 (a. C. N. 1207).

Fol. 193. דרוש כולל ענינים רבים חבר אותו החסיד ר' יצחק בן אברהם זצ"ל אלבאלנשר:, *Expositio allegorica varia argumenta complectens*, *auctore pio R. Isaaco filio Abrahami Albalnasar*.

Postrema vox familia nomen declarans adeo evanida est, ut nec ipse lectioni meae fidam. Inc.: כתוב לכו ונשובה אל י"י כי הוא טרף וירפאנו וגו':, quae verba sunt Hoseae VI, 1. Hisce breviter explanatis expendit locum *Proverb.*, XIX, 20; tum alios atque alios bibliae versus allegorice illustrat. In fine mutilus.

CODEX CXX. A. IV. 38.

P. Not. lib. Cal. p. 10, n. 115.

Chartaceus, cum aliquot etiam foliis membranaceis interiectis, saec. XV, constat fol. 367. In-4° min. Mutilus initio et fine.

SALOMONIS BEN ISAAK, vulgo Rasci, Commentaria in tractatus Talmudicos Kidduscim, Chetuvoth et Ghittin.

Pauca desiderantur initio et fine ob folia quae exciderunt. Nomen Rasci, nisi aliunde constaret, legitur fol. 48, lin. 3. Sunt in margine emen-

dationes et notae. Fol. 96 haec leguntur: אברהם מעאמיל הסופר בכ'ר שלמה מב'ני (?) בכ'ר זקן ז'ל וכתבתיו למ'ר יחיאל ישרו: „ Abraham Muhamil scriba, filius Salomonis (ex Bene?) filii R. Zachen, „ et scripsi hunc librum in usum R. Iechielis . . . etc. „ Vox מב'ני reddita est ab A. Peyron *ex filiis*. Sed hanc interpretationem vetare videntur et lineolae, quibus vox signata est, et vox, quae statim sequitur, בכ'ר.

CODEX CXXI. A. V. 1.

N. p. A. I, 38. Benc. CLXXXIII. Pas. LXXXIV, t. I, p. 29. Wolf. t. IV, p. 760, A. I, 37.

Chartaceus, cum aliquot etiam foliis membranaceis interiectis, saec. XIV (a. 1362), charactere rabbinico satis perspicuo exaratus, constat foliis rec. num. notatis 68. In-4°.

Fol. 1. ספר המסעדים ובלשונם דיאטש פרטיקולאריש. *Liber alimentorum, seu exterorum lingua Diaetae particulares* (ignoto auctore).

Desideratur auctoris nomen; nescio, an sit ille Abraham Des-Caslari, auctor opusculi *De sanguinis missione* (v. fol. 62b). In hoc tractatu agitur: 1. De frugibus. 2. De fructibus arborum. 3. De fructibus terrae. 4. De carne belluarum. 5. De partibus earum. 6. De lacte. 7. De caseo. 8. De volucribus. 9. De earum partibus. 10. De ovis. 11. De piscibus. 12. De aqua. 13. De vino. 14. De potu שכר, *birra*.

Fol. 60. שאלות. *Quaesita (et responsa) medica.*

Fol. 62b. דיני הקזה לחכם ר' אברהם הקאשלרי זצ'ל. *De sanguinis missione, auctore sapiente R. Abrahamo Caslari f. m.* (vel Des-Casiar, uti dicitur in fine).

In fine (fol. 68): תמו דברי החכם מאישטרי אברם דישקאשלאר במאמר ההקזה כתבתי אני שלמה אלצאיג זה הספר כרפ׳אה לנשא וסיימתיו בחדש שבט בשנת (*sunt duo vocabula erasa*) חמשת אלפים ומאה ועשרים ושתים ליצירה: „ Completa sunt

„ verba sapientis magistri Des-Caslar ex tractatu de sanguinis missione; „ scripsi ego Salomon Altzaig hunc librum ex medicina . . . . et „ absolvi eum mense Scevat, anno ab orbe condito 5122 (a. C. N. 1362) „. Nec Bencinius, nec Pasinus hoc opusculum a duobus superioribus distinxerunt. Attamen huic soli auctoris nomen praefixum est *Abrahamus Des-Caslari.*

CODEX CXXII. A. V. 2.

N. p. A. II, 11. Benc. XXXVI. Pas. LXXXIX, t. I, p. 31.

Chartaceus, saec. XIV, charactere hispanico satis perspicuo exaratus, constat foliis rec. num. notatis 168. In-4°.

AVERROIS, Expositio libri Aristotelis Metaphysicorum [מה שאחר הטבע] interprete Kalonymo fil. Kalonymi.

In fine (fol. 168, lin. 16) opus expletum dicitur: יום א׳ כה׳ מן רבוע האחרון משנת תקע לחשבון הערב: „ Die primo, 25 mensis Rabbuà posterioris, a. 570, secundum computationem arabicam (a. C. N. 1175) „. Addit autem auctor, se, auxiliante Deo, commentum huic operi appositurum. Idem opus vide ad fol. 506, cod. XIV. A. I. 14. Haec hebraica versio Kalonymi latine reddita est ab Elia Del Medigo; confer Steinsc., *Cat.*, p. 945 et 1577. Male iterum Pasinus habet: *ultimi quadrantis* pro *mense secundo arabico* רבוע, et *anni Chr. 1192* pro *1175*.

CODEX CXXIII. A. V. 3.

N. p. A. I, 19. Benc. XIX. Pas. LXVII, t. I, p. 25. Wolf. t. IV, p. 774, A. I, 18.

Partim membranaceus, partim chartaceus, saec. XV, charactere scriptus hispanico, constat foliis rec. num. notatis 258. In-4°. Cum figuris geometricis.

EUCLIDIS ELEMENTA, ex versione Mosis ben Samuel ben Tibbon, cum praefatione Iacobi ben Machir.

Iacob ben Machir sic praefationem exorditur: תהלה לאל אשר ברא האדם בצלמו ומכל החי אשר על פני אדמה השכילו והחכימו. Linea vero 14 haec habet: כשאני לבי אבי יעקב בר' סחיר להעתיקו מלשון הגרי על לשוננו: *Aggressus sum lubens ego Iacob ben Machir hunc (librum) transferre ex lingua arabica in nostram*. Hinc patet Iacobum non modo praefationem, sed integram Euclidis versionem conscripsisse. Attamen et in hoc codice et in codice CLXXXII vix illius praefatio exhibetur: Verum in hoc post praefationem librarius monet: זאת החתימה א'ל ההעתקה האחרה לא אל זאת ההעתקה: *Haec conclusio ad aliam, non ad hanc versionem pertinet*. Quae sequitur versio est Mosis Tibbonidis, uti constat ex cod. XCIII. A. IV. II. Mirum sane, quod ex tribus codicibus nostris, qui continent Tibbonidis opus, unus codex XCIII. illius nomen referat et careat praefatione, alii duo idem opus referunt cum praefatione Iacobi ben Machir, neque aliud, quam huius nomen indicant, ita ut facile quisque huic tribuat versionem Tibbonidis. Quod iam evenisse puto. Opus mutilum fine.

CODEX CXXIV. A. V. 4.

P. Not. lib. Cal. p. 21, n. C. 8.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato, nec non et rabbinico exaratus constat foliis 286. In-4°.

Fol. 1. *R. Isaaci a Corbeil, Liber praeceptorum parvus, variis atque fusis commentariis illustratus.*

Confer codicem A. II. 17.

Fol. 263. שערי דורא [*Sciañarè durà*] *Portae Durae (seu Constitutiones de Licito et Illicito excerptae ab Isaaci Durensis libro Portae Durae).*

Sic in codicibus A. I. 20, fol. 263^b, et A. II, 17, fol. 78, quos vide.

Fol. 280. *Gerson (senis) ben Iehuda, Decem Constitutiones.*

Saepius editae. V. De-Rossi, *Diz.*, I, 126.

Fol. 282. סדר פרשיות כל השנה *Ordo Parasciarum totius anni (excerptus e libro Praeceptorum parvo).*

Fol. 284. *Constitutiones de mactatione.*

Fol. 286. *Calendarium perpetuum.*

CODEX CXXV. A. V. 5.

N. p. A. I, 30. Benc. CLXXIII. Pas. LXXVII, t. I, p. 27. Wolf. t. IV, p. 932. A. I, 29.

Membranaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 465. In-4° parvo.

NATHAN BEN IOEL BEN PALKIRA, צורי הגוף [*Tzorì hagguf*] Opobalsamum vel theriaca corporis.

Confer, quae moneo ad codicem A. III. 16. Sunt in hoc (A. V. 5), notae in margine, et fol. 125 et 126, interiecta quaedam arabica hebraicis litteris; desiderantur Tract. II et III, partis IV. Verum pro indicibus herbarum, qui in illo continentur, est in hoc index brevior aromatum sic: אונכוט׳לון ה׳א רפואה פרסיית צכח שלו דומה לדלעה: Alterum exemplum: גוז אגוז: בוא הוא אגוז מושקדה: Pariter index est ordine alphabetico cum hispanica interpretatione verborum.

CODEX CXXVI. A. V. 6.

P. Not. lib. Cal. p. 10, n. 120.

Chartaceus, saec. XV, vel XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 195. In-4° min.

IOSEPHI GICATILIAE, שערי אורה [*Sciañare Oràh*] *Portae Lucis.*

De hoc saepe edito atque pervulgato theologiae cabalisticae libro vide De-Rossium, *Diz.*, I, 125, et *Ms. cod.*, I, 71. In folio codici praemisso, manus diversa a manu, quae totum codicem exscripsit, haec adnotavit: והוא ספר שערי אורה נמצא טמון בחדרי חדרים בבית רב גדול מעיר חברון אשר נפטר בק'ק וואנזיבעק והו דבר פלא אשר לא נמצא עד הנה וכשמו כן הוא מאיר עיני כל אדם בכל החכמות ובפרט האלהית והוא טראטאטו סובלימי: . " Hic liber, " Sciañarè Oràh, inventus fuit delitescens in penetralibus domus magni " Rabbini ex Hebrone oriundi, qui fato functus est Wansbeci. Mirum " plane opus, cui simile nullum hucusque inventum est, et quemadmodum " nomen eius testatur, omnium oculos illustrat quavis in scientia, estque " adeo tractatus sublimis ".

CODEX CXXVII. A. V. 7.

P. Not. lib. Cal. p. 10, n. 121.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 357. In-4° min.

LIBER ZOHAR.

Mutilus initio; incipit enim a cap. IV, Geneseos, a verbis באורח קשוט quae respondent folio 54, editionis Mantuanae anni 1558; multa etiam desiderantur in fine, quippe desinit in cap. VIII, libri numerorum, ad haec verba: מסטרה דאמא ואתי לאמשכא (edit. vol. 3, pag. 2, fol. 150, lin. 3). Porro sic amanuensis profitebatur, fol. 356: אני ישעיה בכמ'ר יעקב יצ'ו ממסראן כתבתי זה הספר ר'ל חלק מספר הזוהר הנמצא אצלנו לכמ'ר (*nomen erasum fuit*) . . . והיתה השלמתו ברביעי לחדש כסלו שנת רמ'ו לפרט האלף הששי פה מנטובא: " Ego Isaias filius Iacobi domo Masserano scripsi hunc librum, scilicet partem libri Zohar, quam equidem invenire potui, ad usum Rabbi ... eumque " absolvi die 4 mensis Chislev, a. 246 sexti millenarii in urbe Mantuae (a.

« C. N. 1486, seu potius 1485) ». Alia sequitur adnotatio, qua יצחק בכ״מ דוד איש ריורול: « Isaacus fil. Davidis domo Rivarol » testatur librum vendidisse Isaaco filio Iechielis לוואנשו « Lovanso ». Folio 356ᵇ: הקדמת ס׳ הזוהר הגדול: « Praefatio libri Zohar Magni ». Scilicet posterior manus supplevit praefationem, quae deerat initio.

CODEX CXXVIII. A. V. 8.

N. p. A. VI, 17. Benc. CLXXXV. Pas. CLV, t. I, p. 59. Wolf. t. IV, p. 883, A. VI, 16.

Chartaceus, cum aliquot etiam foliis membranaceis insertis, saec. XV, rabbinico charactere exaratus, constat foliis rec. num. notatis 208, praeter vacua in fine nullo numero notata. In-4° parvo.

ISAAC ISRAËLI (senioris), vulgo Israëlitae, ben Salomo, ספר הקדחות, *Liber de febribus*, cum notis in margine.

In fine (fol. 208): נשלם ספר הקדחות ליצחק הישראלי. « Completus est liber de febribus Isaaci Israëlitae ». Extat hebraice in variis codicibus, prodiit autem latine. Confer Steinschn., *Cat. lib. hebr.*, p. 1122. Confer etiam Sacy, *Rélation de l'Égypte par Abd-Allatif*, p. 42, 43.

CODEX CXXIX. A. V. 9.

N. p. A. V, 29. Benc. CLVIII. Pas. CXLIV, t. I, p. 53. Wolf. t. IV, p. 802, A. V. 28.

Partim membranaceus, partim chartaceus, saec. XIV, vario charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 147, iisque non eiusdem semper magnitudinis. In-4° parvo. Valde mutilus in fine.

GERSON BEN SALOMO, שער השמים [*Sciañar hasciamaim*] *Porta coeli.* De cosmographia.

Liber editus; constat tribus partibus, quas Steinschneiderus, *Cat. Bibl. Bodl.*, p. 1014 diligenter describit. Auctoris nomen, aeque ac operis titulus, legitur in codice nostro fol. 2, lin. 2. Sed tantum pars prima et secunda neque expleta exhibetur, nisi ordo foliorum perturbatus quaedam oculis eripiat.

CODEX CXXX. A. V. 10.

N. p. A. I, 37. Benc. CLXXII. Pas. LXXXIII, t. I, p. 29. Wolf. t. IV, p. 853, A. I. 36.

Chartaceus, saec. XV exeunte, recentiori charactere rabbinico italo (non Rascì) exaratus, constat foliis rec. num. notatis 39, praeter sexdecim priora nullo numero insignita, quorum pars indicem continet, pars vacua est. In-4° min.

Fol. 1. *Meir Alguadez, seu Alwadiz, medici hispani* [מקיץ נרדמים] Expergefaciens dormientes, *sive secreta medica hebraice reddita et aucta ab illius discipulo Iosepho fil. Iosuae Cohen.*

In fronte libri (fol. 1 non num.) eadem manus, quae codicem exscripsit, titulum apposuit: מקיץ נרדמים. Alia manus addidit litteris quadratis: דון יוסף אלגואדיש: « Don Ioseph Alguadez ». Male Pasinus legit « David pro Don ». Male etiam ignotus ille scripsit *Ioseph* pro *Meir*, quod nomen et passim in codice legitur, et aliunde constat. Eadem manus titulum iterum scribit: ספר מקיץ נרדמים סודות על הרפואה « Liber Mekitz nirdamim secreta de medicina ». Sequitur index. Folio autem 17, quod notatur 1, incipit interpretis praefatio, in cuius exordio integrum nomen suum sic profert: אמר יוסף הכהן בכר׳ יהושע הכהן בר׳ מאיר בר׳ יהודה בר׳ יהושע בר׳ יהודה בר׳ מאיר בר׳ דוד בר׳ משה וכולי׳: Ait Ioseph Cohen, ex hispanico sermone hoc opus transtulisse; alia scripturum esse de lue gallica [חולי צרפתי];

hanc autem versionem (fol. 5) explevisse Genuae, anno 5306 (1546). Verum interpres auxit Alguades tractatum. (Fol. 23) haec leguntur: תמו דברי ר' מאיר אלגואדיש ותלמידו ר' יוסף ז'ל: « Finiunt verba Meir » Alguades, et discipuli eius R. Ioseph ».

Fol. 33. *Iosephi ben Iosuae Cohen*, *Appendix ad superius opusculum.*

Meir Alguadez medicus Regius hispanus floruit, uti videtur, exeunte saec. XV; Ioseph vero Cohen, qui in codice dicitur illius discipulus ineunte saec. XVI. Ambo innotescunt ex editis operibus. De Meir Alguades confer Wolf., t. I, III, n. 1368; Steinsch., *Cat. lib. Hebr.*, p. 1691; de Iosepho Cohen, v. De-Rossi, *Diz.*, I, 147; A. Peyron, *Not. lib. Cal.*, p. 43, n. 19; Steinsch., l. c., p. 1498. Nullibi tamen de inedito hoc opere mentio fit. Iuverit, data occasione ab Amadeo Peyron exscribere, quae ipse, l. c., in recensendo Iosephi Cohen chronico Regum Galliarum, edito Venetiis, 1554, in-12°, de auctore tradit: « Haec leguntur fol. 118 verso » (editionis illius): *Anno 5257, seu 1496, die XX mensis decembris, seu* » *mense Tebeth, natus sum ego Ioseph filius Iosuae e sacerdotibus pulsis* » *ex Hispania, in urbe Avenionis Galliae Narbonensis, quae flumine* » *Rhodano alluitur; inde me quinquennem pater perduxit in agrum Ge-* » *nuensem, ubi etiam nunc consisto.* Neque enim Genuae, sed in urbe » Novi sedem sibi quaesiverat pater (lege fol. 144 verso). Hinc corrige » De-Rossium, *Diz. Aut. Ebrei*, I, 147; eum tamen perlege de maxima » libri praestantia multa disputantem. At sunt, quae emendata velles, » quemadmodum cum fol. 137 verso scribit: *Eodem anno (1513) coepit* » *typographiam exercere* [התחיל לדפוס] *Daniel Bombergo Antwer-* » *piensis, qui complures libros lingua hebraica descriptos in lucem edidit.* » *Ad eius domum magna frequentia confluebant viri cum primis eruditi,* » *quorum votis explendis numquam ipse deerat. Daniel Christianus erat,* » *seu patris, seu matris religionem spectes, nec non maiorum suorum,* » *qui ne guttam quidem seminis Iudaici experti sunt.* Verum satis constat » Bombergium nonnisi anno 1517 coepisse libros suis typis describere, » (De-Rossi, *Annales hebr. typ. saec. XV*, pag. 161); Grammatica enim » hebraica Aaronis filii Ascer, quam Maittaire et Panzer (*Annales typ.*, » t. VIII, pag. 429, n. 756) perhibent a Daniele vulgatam anno 1515, sup- » positia est, De-Rossio auctore (*Ann. hebr. typ. ab an. MDI*, pag. 54, » n. 40). Ad haec, si laudato anno 1513 Bombergius omni suppellectile » typographica instructissimus erat, cur ipse alienis in aedibus, at suis

„ sumptibus, idque Venetiis anno 1515 edendum curavit Psalterium ex „ hebraeo translatum a magistri suo Felice Pratensi *(in aedibus Petri* „ *Liechtenstein . . . . . impensis ac sumptibus egregi viri Danielis Bom-* „ *bergii Antwerpiensis)*?. Quare quae Ioseph tradit de Bombergo nomen „ suum anno 1513 inter typographos professo, ecquidem intelligo de anno, „ quo Venetias contendit typographiam facturus „.

CODEX CXXXI. A. V. 11.

N. p. A. III, 19. Benc. XCIV. Pas. CXIV, t. I, p. 42. Wolf. t. IV, p. 901, A. III. 18.

Chartaceus, saec. XVI, charactere scriptus italo, constat foliis rec. num. notatis 445, praeter complura vacua non notata. In-4°.

ANONYMI, Excerpta in Pentateuchum ex commentariis Rekanati, Bechai, Zohar, aliorumque.

Ad singula *parascioth* primo loco veniunt excerpta ex Menachem Rekanati, dein Bechai (procul dubio fil. Ascer); horum nomina sic inscribuntur singulis excerptis: כללי ספר ריקאניטי, vel בחיי. Sequuntur alia praecipue ex Zohar.

CODEX CXXXII. A. V. 12.

N. p. A. I, 27. Benc. CLXIX. Pas. LXXIV, t. I, p. 27.

Chartaceus, saec. XV, charactere scriptus hispano, constat foliis rec. num. notatis 166. In-4° min.

ANONYMI, Commentum in Canonem Avicennae.

Inc.: אמר השר אבו עלי ן' סינא שבח לאל כי לו יאות לגודל רוממותו ורחמיו על כל נביאיו שאלה איך אמר השר

בתהלת פעולתו כי לא יתכן לאדם שישבח יוצרו כי אם אחר השלמת פעולתו: Opus distinctum est in duas partes. Pars I (fol. 1-120ᵇ) agit de corporis humani partibus; Pars II (fol. 121-161) de animi facultatibus. Disserit auctor in capite primo partis primae, utrum medicina sit ars, an scientia. Opus autem versatur potissimum in refellendis iis, quae Avicennae obiici solent, ita ut omnis sermo incipiat: *si quis dicat* [והאומר] . . . *respondeo* [כשיבהו]. Operi in codice nihil deesse videtur, quamvis ex postremis verbis minime constat.

CODEX CXXXIII. A. V. 13.

N. p. A. II, 44. Benc. LXIX. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico italico, constat foliis rec. num. notatis 319. In-fol. Mutilus initio.

LEVI BEN GERSON, מלחמות השם [*Milchamoth hascem*] *Bella Dei*, praetermissa parte prima tractatus quinti.

Desideratur ob folia, quae exciderunt, et nomen auctoris et initium praefationis. Ad partem I, tract. V, legitur eadem nota, quae extat et in codice nostro CVIII, et in editione Ripae Tridentinae: וזה החלק הוא ספר גדול בפני עצמו איך זה מקומו: « Et haec pars est liber » magnus, cui ob rerum copiam non est hic locus ». Exhibetur autem in codice nostro XXI.

CODEX CXXXIV. A. V. 14.

N. p. A. I, 26. Benc. CLXVIII. Pas. LXXIII, t. I, p. 26. Wolf. t. IV, p. 745, A. VI, 11.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 196. In-4° parvo.

Fol. 1. *Abu Achmed Al Gazali* כונות הפילוסופים [*Cavvanoth haphilosophim*] *Opiniones philosophorum, cum commento Mosis Narboni.*

Enarratoris praefatio incipit sic: אמר [משה בן] יהושוע בן מר' דוד הנרבוני יש'י עמה'ן אחר ההודאה לאל והתהלה אליו ובקשת העזר מאתו נרצה לבאר ספר כונות הפילוסופים אשר למעולה אבוחמד אלגזלי׃. Opus in tres partes distinguitur, nempe: 1. (fol. 1) הגיון, *Logica*; 2. (fol. 15) אלהיות, *Metaphysica*; 3. (fol. 73^b) טבעיות, *Physica*. Index capitum legitur ad fol. 101^b, sed alia manu exaratus. Confer Steinschn., *Cat.*, p. 1970, n. 1.

Fol. 102. *Averrois*, הפלת ההפלה [*Happalàth happalàh*] *Destructio destructionis (seu de mundo aeterno contra Al Gazali, interprete, uti videtur, Kalonymo fil. Kalonymi).*

Opus prodiit latine Venetiis 1527, in-fol.; et inter Aristotelis opera Venetiis 1550-2, in-fol.

CODEX CXXXV. A. V. 15.

N. p. A. I, 23. Benc. XXIII. Pas. LXX, t. I, p. 26. Wolf. t. IV, p. 772, A. I, 22.

Chartaceus, saec. XV, charactere hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 221. In-4° min. Autographus, uti variis indiciis arguitur.

Fol. 1. *Aaron ben Isaak, Tractatus arithmeticae et geometriae.*

Praemittitur index capitulorum. Sequitur post aliquot folia vacua (fol. 13) praefatio, in qua auctor profitetur, se hoc opus suscepisse, ut quae de numerorum scientia ipse didicerat, filium suum doceret. Addit autem: ראיתי לחבר חיבור אכלול בו כללי המספר ורוב פרטיו׃ « Animum adieci operi conscribendo, in quo regulae generales, nec non » et particulares comprehendantur ». Auctor nomen suum protulit in adnotatiuncula ad marginem folii 13, lin. 5; in altera vero ad lin. 11 monet, se opus etiam astronomicum composuisse, cui titulus: מקנת כסף (*acquisitio argenti*). Praeter nonnulla de geometria, agitur potissimum de arithmetica. (Fol. 35) de fractionibus, et (fol. 80^b) de radice quadrata. Multa subiiciuntur problemata de arithmetica, inter quae id est singulare

(fol. 12): „ Vir quidam moriens reliquit summam 275 3/7 (nescio cuius „ unitatis), ac testamento praecepit, ut uxori suae, ac filio, quem ex „ ea nasciturum iam praevidere poterat, sic distribueretur: si foemina „ nasceretur, duplum matri, si mas, duplum filio. Accidit, ut uno partu „ editi fuerint gemini mas et foemina. Quaeritur, quae nam pars cuique? „.

Fol. 164. *Eiusdem, tractatus de metallorum mixtione ad nummos cudendos.*

Adduntur rursus in fine tabulae et problemata arithmetica. Nescio, cur Pasinus a Bencinio operis titulum, non vero auctoris nomen exscripserit.

CODEX CXXXVI. A. V. 16.

N. p. A. II, 45. Benc. LXX. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XV, charactere hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 198. In-4° min.

AVERROIS, Commentarium in Libros I-VI Metaphysicorum Aristotelis.

Praeit textus, cuius tantum priora verba exhibentur ex locis illustrandis. Sequitur פירוש, commentum, quod constat esse Averrois ea ipsa latine edita versione, quam contuli.

— fol. 1. פירוש המאמר הראשון ממה שאחר הטבע והוא הנרשם בא׳ הקטנה: *Commentarium in tractatum primum Metaphysicorum, seu (Averrois) in* aleph *parvum.*
— fol. 14. *In tract. secundum, seu* aleph *magnum.*
— fol. 43. *In tract. tertium, seu litteram* beth.
— fol. 80[b]. *In tract. quartum, seu litteram* ghimel.
— fol. 130[b]. *In tract. quintum, seu litteram* daleth.
— fol. 187. *In tract. sextum, seu litteram* he.

In fine (fol. 198): ובכאן נשלם מה שנמצא בזה המאמר וידמה שיהיה במה שנמצא מזה כבר דבר שיש בו צורך נשלמה סופו ולא יחסר ממנו: « Et hic explicit id, quod inventum est ex hoc tra- » ctatu, et videtur in iis, quae inventa sunt, omnino integrum, nec quid- » quam desiderari ».

CODEX CXXXVII. A. V. 17.

N. p. A. III, 24. Benc. XCIX. Pas. CXIX, t. I, p. 43. Wolf. t. IV, p. 939, 996, A. III, 23.

Chartaceus, saec. XV (a. 1454), charactere italico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 233. In-4° min.

Fol. 1. *Samuelis Motot ben Saadia* [מגלת סתרים] *Volumen absconditorum (Comm. in Abrahami Ibn Ezra comm. in Pentat.).*

Nomen auctoris legitur fol. 1, lin. 21. Opus editum. Confer Steinschneid., *Cat. lib. hebr.*, p. 2456. Desideratur in codice nostro *parasciah* וזאת הברכה:, relicto spatio ad eam excipiendam.

Fol. 173ᵇ. *Ezrae ben Salomo ben Gatinio*, *cognomine Astruk*, *Comm. in Abrahami Ibn Ezrae comm. in Pentat.*

Inc.: אמר עזרא בכ'ר שלמה ז'ל בן גאטיניו המכונה אשתרוק שלמה: « Dicit Ezra fil. R. Salomo f. m. fil. Gatinii, qui cognominatur » Astruk Salomon ». In fine: נשלם יום ששי עשרים יום לחדש טבת קקי'ד לפרט ברודוס להחכם השלם ס'ט (*duo vocabula erasa*) נאם הכותב ושבע רוגז והוא שלי יעקב בן ברזילי בן יצחק הספרדי כ'ע: « Explicit die sexto, 20 mensis Teveth, 214, min. comp. » (a. C. N. 1454), Rhodi, in usum sapientis . . . . sic dicit scriba, » vir satur tremore, nempe Iacob fil. Barzilai fil. Isaaci, Hispanus ». Idem opus continetur in codice Bodleiano, Hunt. 217, sub titulo ס' סוד השם; vide Steinsch., *Conspectus* etc., qui extat ad calcem ipsius *Catalogi*, pag. 6. Ex codice Bodleiano Wolfius opus memorat tom. I, p. 943, ac

specimen illius edidit t. III, p. 869. Tertio opus hoc recensuit Wolfius ex codice nostro t. IV, p. 939. Attamen Pasinus de hoc commento adfirmat: *ne verbum quidem apud Bibliothecarum Hebraicarum scriptores.* Id iure miratus est Steinschn., *Cat.*, p. 2085.

CODEX CXXXVIII. A. V. 18.

N. p. A. V, 32. Benc. CLXI. Pas. CXLVII, t. I, p. 54. Wolf. t. IV, p. 753, A. V, 31.

Chartaceus, saec. XVI, charactere italico ad recentiorem formam accedente ac varia manu exaratus, si excipias priora sex folia quae sunt membranacea et paullo antiquiora, constat foliis rec. num. notatis 150, praeter complura vacua nullo numero notata. In-4°. Mutilus est initio et fine.

Fol. 1. *Fragmentum tractatus theologici, in quo agitur speciatim de biblicis locis, quae videntur tribuere Deo corpoream formam.*

Continetur in sex membranis, de quibus supra monui.

Fol. 7. ספר דרושים הטבעיים חברו החכם אבו אל וליד בן רשד ועמו דרושים טבעיים לחכמים זולתו: *Liber quaestionum physicarum, quem composuit sapiens Abu 'l Walid ben Roscd (Averroes) et simul quaestiones physicae aliorum sapientum.*

Sub generali hoc titulo veniunt sequentia opuscula, veluti partes unius operis:

1° (fol. 7). *Averrois, Quaestiones physicae, nullo indicato interpretis nomine, cum Commentariis Mosis Narboni.*

Textus incipit: אמר אבן רשד הפילוסוף כונת החכם בפתיחת המאמר הז' מהשמע הטבעי שיבאר שכל מתנועע יש לו מניע:

Commentum vero (fol. 8, lin. 15) inc.: הפירוש אמר משה אמרו כי הוא אם (?) יונח החלק ממנו נח וישאר הנשאר ממנו מתנועע: Idem opus extat in cod. vat. XLI, uti patet ex minimo specimine, quod referunt Assemani, *Cat.*, t. I, p. 436, n. 6. Pasinus interpretem quaestionum Averrois nominat Kalonymum, non ex codice, sed, uti videtur, ex Wolf., t. I, p. 19. Interpres Kalonymus *non effictus* videtur Steinschneidero, *Cat. lib. hebr.*, p. 1972 apud Pasinum.

2° (fol. 61). *Averrois, tractatus* בעצם הגלגל *de substantia orbis, cui tres alii accedunt eiusdem argumenti, subiecto singulis commentariolo.*

Averrois opusculum hunc praefert titulum: מאמר לאבן רשד בעצם הגלגל:; ex arabico, non ex latino sermone translatum est ante a. C. 1349; vide infra epigraphen. Latet interpres, sed est fortasse Kalonymus fil. Kalonymi, non sane, uti Pasinus existimavit, Elias hebraeus seu Del Medigo, quippe qui multo post annum memoratum versionem suam pro Pico de Mirandola elaboravit. Ex hebraica hac versione prodiit opusculum latine per Abrahamum De Balmes. Latet etiam auctor commentarioli et in hoc et in sequentia opuscula. Verum cum omnia sint veluti pars quaestionum physicarum Averrois (de quibus supra) arguimus auctorem esse Mosem Narboni, sub cuius nomine Steinschneiderum opus recensuisse video. Fol. 74, הפירוש. Fol. 77 incipit primus ex tribus tractatibus, de quibus monui; in huius praemonito (fol. 77^b, lin. penult.) legimus, *sapientes Romanos seu Christianos summatim hos tres tractatus appellare* עצם הגלגל, *seu latine* שושטנסיאה אורביש *substantia orbis;* traditur autem in eo argumentum trium tractatuum. Fol. 89, tract. II; Fol. 100, tract. III. Singulis subiicitur breve commentum. Ad calcem commenti in III tractatum (fol. 102^b, lin. 6) haec leguntur: ובזה כשלם פירושנו לאלו הדרושים השלשה ושלשתם נכללים וכאלו הם חלק ממאמרנו בעצם הגלגל ולזה בהשלמם כשלם פירושנו למאמר הנכבד בעצם הגלגל:. « Et hic absolutus est commentarius noster ad « has tres quaestiones, quae singulae habendae sunt veluti pars tractatus « nostri de substantia orbis, et sic una cum iis explicit commentarius no- « ster ad tractatum insignem de substantia orbis ». Ac paullo inferius: כשלם פירוש המאמר בעצם הגלגל ובו כשלם פירוש הדרושים טבעיים והשלימו מפרשו בחדש אדר שני בחמישי:. « Expletus « est commentarius tractatus de substantia orbis, et una cum eo expletus

„ est commentarius quaestionum physicarum; explevitque eum auctor „ eiusdem commentarii mense Adar secundo, die quinto „. Desideratur annus in epigraphe codicis nostri, additur in epigraphe cod. Vat. memorati, nempe 109, min. supp. sexti millenarii (a. C. N. 1349). Non recte Pasinus bis legit מעצם, nec recte monet, *foliorum seriem esse aliquantulum perturbatam*, eo fortasse deceptus, quod folia 61-70, alia manu scripta, transposita videantur. Strictim more suo, sed complura de hoc et sequentibus opusculis habet Steinschneid., *Cat. lib. hebr.*, pag. 1972 ex codice, quem a M. Saenger acceperat; citat autem codicem nostrum pag. 668 sub *Abr. de Balmes;* pag. 764, n. 24, sub *Averroes;* pag. 1577 sub *Kalonymos;* pag. 1971-2-3 sub *Moses Narboni.*

3° (fol. 102^b). מאמר לחכם אבואל קאסם בן אדריס בחמר הראשון: *Tractatus sapientis Abu 'l Kasim ben Idris de materia prima.*

Huiusmodi est in codice titulus. Non recte Pasinus legit: אבו אלא קאסם:. Inc.: אמר אבואל קאסם כבר יסתפק מספק. Subiungitur folio 104 breve commentum (forsan Maimonidis): הפירוש ואמרו וזה כי הוא מבואר שהמתהוה לא יתהוה מנמצא בפועל ולא מנעדר: Memorat hoc opusculum Steinsch., l. c., p. 668 et 1972. Alterum eiusdem opus vide paullo inferius fol. 107. Confer Steinsch., p. 668.

4° (fol. 105^b). מאמר החמר הראשון לשופט המעולה אבו גאעפר בן סבאק: *Tractatus de materia prima Iudicis eximii Abu G'aafar ben Sabik.*

Inc.: אמר נרצה לבאר כי החמר הראשון בלתי הווה ולא נפסד Pauca omnino. Subiungitur fol. 106 commentum. Memorat hoc opusculum Steinsch., l. c., p. 1972. *Idem procul dubio* (ait ipse) *ac Abu G. Ahmed b. Sabik medicus Hisp.*

5° (fol. 107). *Abu 'l Kasim ben Idris,* בענין הצורות. *De formis.*

Nomen Arabis auctoris in hoc titulo exhibetur: מאמר להחכם אבו אל קאסים בן אזרוס בענין הצורות:. Incipit opus: אמר מי שיאמר שבכאן צורות נבדלות יחוייב לו כשיורכב:. Idem initium referunt Assemani ex cod. Vat. XLI, n. 7 (v. *Cat.*, p. 436), ubi titulus: *De formatione hominis.* Memorat hoc opusc. Steins., l. c., p. 668 et 1972.

Fol. 109. ספר אותות השמים. *Liber signorum Coeli, seu Aristotelis, Meteorologicorum libri (ex hebraica Iachiae ben Batrik versione) hebraice redditi a Samuele ben Tibbon.*

Inc.: אמר שמואל בן תבון המעתיק הספר הזה ונקרא אותות השמים מלשון הגרי ללשון העברי: Narrat interpres, se hunc librum hebraice vertendum suscepisse, ut indulgeret *Iosepho ben Israël,* qui primitus versionem librorum physicalium a nostro petierat etc. Nimirum haec omnia concinunt cum iis, quae Steinsch., l. c., p. 2484-5 describit ex praefationis apographo, quod a Schorr acceperat. Confer De-Rossi, cod. 171, 207, 771. Praefationem in codice nostro proxime sequitur recensio alphabetica nominum meteorum. Codex mutilus est fine.

CODEX CXXXIX. A. V. 19.

N. p. A. V, 17. Benc. CXLVI. Pas. CXXXIV, t. I, p. 48.

Chartaceus, saec. XV, charactere ad hispanicam formam accedente exaratus, constat foliis rec. num. notatis 218. In-4°. Continet:

AVERROIS, Expositio Libri Aristotelis de Physico auditu, (ex versione R. Kalonymi fil. Kalonymi).

Titulus minutis litteris appositus est: ביאור בן רשד הארוך לספר השמע. In fine: והיתה השלמתו בעשיית הביאור הזה יום שבת ראשון לחדש אשר *(sic)* משנת תקסה לחשבון הישמעאלים וזה במדינת אשביליא ומפני כי יש לי בהמון ביאור עשיתיו בעת הנערות והוא קצר ראיתי עתה לעשות זה הביאור יותר שלם: ואני אשען באל כזה להשלים שאר הספרים: " Et fuit finis in perficiendo (hoc opere) die sabbathi, primo mensis " Ascer?, a. 565 secundum computationem Ismaëlitarum (a. C. N. 1172), et " id in civitate Scivilia, et inter multas (?), quas habui, expositionem quam- " dam perfeci tempore iuventutis, quae est compendiosa. Constitui nunc " perficere hanc expositionem magis absolutam. Et ego curabo, ut si-

« cuti hunc explevi, sic alios libros expleam ». Interpretis nomen nos docet codex A. VI. 10, quem vide, atque ex eo quaedam verba supplevi, quae absunt in hoc. Minus diligenter hunc codicem Bencinius descripsit, et male omnino Pasinus, qui t. I, pag. 48 adfirmat in eo contineri *Averrois commentarios in posteriora Aristotelis ex interpretatione R. Iacobi Antoli.* Nisi nota codicis, numerus foliorum, aliaque adiuncta existerent, alium hunc esse codicem a codice, quem Pasinus recensuit, facile quisque crederet.

CODEX CXL. A. V. 20.

N. p. A. V, 16. Benc. CXLV. Pas. CXXXIII, t. I, p. 48.

Chartaceus, saec. XV, hispanico charactere scriptus, atque altera manu emendatus, constat foliis rec. num. notatis 112. In-4°. Mutilus initio et fine.

TRACTATUS PHILOSOPHICUS DE ONKELOSI OPINIONIBUS (cuius auctoris nomen aut latet aut excidit) in II partes distinctus.

Pars prima incipit a capite 54; expletur autem capite 76, ad cuius calcem (fol. 46[b]) monet ille, qui codicem emendavit, in hoc opere agi de *Opinionibus Onkelosi.* Pars secunda incipit fol. 47; in capite 1, probat auctor, fieri non posse, ut corpus existat infinitum; in capite 2, fieri non posse, ut simul existant duae res infinitae etc. Aristotelis הקדמות laudantur, ac saepe nescio quis interpres memoratur. En operis specimen ex praefatione partis secundae, quae (fol. 47) incipit sic: ההקדמות הצריך אליהם בקיום מציאות אלוה ית' ובמופתים על היותו לא גוף ולא כח בגוף ושהוא ית' שמו אחד חמש ועשרים הקדמות כלם בא עליהם המופת אין ספק בדבר כבר עשאו אר'סטו.

CODEX CXLI. A. V. 21.

N. p. A. V, 34. Benc. CLXIII. Pas. CXLIX, t. I, p. 55. Wolf. t. IV, p. 791, A. V. 33.

Chartaceus, saec. XV (a. 1435), charactere exaratus hebraeo-hispano lectu perdifficili, constat foliis rec. num. notatis 121, praeter unum nullo numero insignitum. In-4°.

Fol. 1. *Averrois*, ביאור ספר טובקי והוא ספר הנצוח. *Expositio libri Topicorum (Aristotelis), qui dicitur (Nitzuach) Victoria, hebraice reddita a R. Kalonymo fil. Meir, cum adnotationibus in margine hebraeis et latinis.*

Ad calcem opusculi (fol. 87) haec leguntur: נשלם ביאור ספר טובקי לארסטו והעתקתיו מלשון הגרי אל לשון עברי אני קלונימוס בר מאיר ע'ם יש'ו ונשלמה העתקתי בכ'ג לירח אלול בשנת שבעים ושלש לפרט האלף [הששי] ליצירה . . . . . : " Completa est Expositio libri Topicorum Aristotelis, et transtuli illam " ex arabica in linguam hebraeam ego Kalonymus fil. Meir f. m., et " completa est translatio mea die 23 mensis Elul, anno septuagesimo " tertio, min. supp., sexti millenarii etc. (a. C. N. 1313) ". De Kalonymo, praeter De-Rossium, confer Steinsch., *Cat. lib. hebr. in Bibl. Bodleiana*, col. 1576. Ex hoc ipso codice recenset opusculum Wolf., t. IV, p. 791, sed minus recte; pro *Kalonymus* habet *Clemens*. Errorem notat De-Rossius, *Ms. cod. hebr.*, t. II, p. 9, ad cod. 362. Idem opus continetur in codice nostro XL. A. I. 14, ad fol. 158.

Fol. 88. *Averrois*, ביאור ספר ההטעאה לארסטו. *Expositio libri Sophisticorum Aristotelis, hebraice reddita a Kalonymo fil. Meir, cum adnotationibus in margine hebraeis et latinis.*

Ad calcem opusculi (fol. 120b) haec leguntur: נשלם ביאור עבייני ספר טובקי (*corrige:* ההטעאה) לארסטו' והעתקתיו אני קלונימוס בר' קלונימוס בר' מאיר ע'ם יש'ו ונשלמה העתקתי בחמשה ימים לירח תשרי בשנת שבעים וארבע לפרט . . . . . :

" Absoluta est Expositio eorum, quae continentur in libro Sophisticorum " Aristotelis; transtuli illam ego Kalonymus, fil. R. Kalonymi, fil. R. Meir " (f. m.), et translatio mea completa est die quinto mensis Tisrî, anno " septuagesimo et quarto min. supp. (a. C. N. 1313) ". Menda illa librarii, qui pro Sophisticis *Topica* scripsit, effecit, ut in codice recensendo Wolfius hoc opusculum omitteret, atque annum septuagesimum quartum priori opusculo adsignaret. Confer De-Rossi l. c., Steinsch. l. c. Idem opus continetur in memorato codice nostro XL, ad fol. 213. Ad calcem codicis: אני נתנאל בר' מתתיה כתבתי זה הספר אשר יש בו ספר נצוח וספר הטעאה לעצמי וסיימתיו ביום כ״ה לחדש אדר שנת מאה ותשעים וחמש לפרט אלף הששי ליצירה: " Ego Nathaniel, fil. R. Matthatiae scripsi hunc librum, qui est Topicorum, et librum " Sophisticorum, in usum meum, et absolvi illum die 25 mensis Adar, " anno centesimo, nonagesimo, quinto, min. supp., sexti millenarii (a. C. " N. 1435) ". Idem exscripsit codicem nostrum CCXI. A. VI. 48.

CODEX CXLII. A. V. 22.

N. p. A. V, 33. Benc. CLXII. Pas. CXLVIII, t. I, p. 55. Wolf. t. IV, p. 791, A. V. 32.

Chartaceus, saec. XV, charactere hispano exaratus, constat foliis rec. num. notatis 187. In-4°.

ARISTOTELIS, ספר המדות, Liber Ethicae, hebraice redditus a Meir Alguadez, medico Regio Hispano, cum commentario ex Ioseph ben Scemtob ben Scemtob desumpto.

Opus editum; de eo multa habet Steins., *Cat. lib. Hebr. Bodl.*, p. 1692.

CODEX CXLIII. A. V. 23.

N. p. A. II, 23. Benc. XLVIII. Omissus a Pasino.

Decem et octo folia membranacea a duobus amanuensibus exarata atque ad diversos codices pertinentia, saec. XIV, simul denique compacta. In-4°.

תוספות. ADDITAMENTA TALMUDICI MASSECHETH קדושים, *De sponsalibus*. Fragmenta duo.

CODEX CXLIV. A. V. 24.

N. p. A. V, 2. Benc. CXXXI. Pas. CXXVIII, t. I, p. 47.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato a manu italica perspicue exaratus modo cum punctis vocalibus, modo sine punctis, constat foliis rec. num. notatis 398. In-4°.

MACHAZOR ITALICUM, cum ritibus.

Accedunt (fol. 393[b]) manu recentiori preces pro quibusdam peculiaribus eventis, ac (fol. 377[b]) praedictiones astrologicae.

CODEX CXLV. A. V. 25.

N. p. A. IV, 5. Benc. CV. Pas. CXXII, t. I, p. 44. Wolf. t. IV, p. 888, 892, A. IV. 4.

Membranaceus, saec. XV, charactere partim quadrato, partim rabbinico valde perspicuo et eleganti exaratus, constat foliis rec. num. notatis 86. In-4°.

Fol. 1. *Levi ben Gerson*, קהלח (sic) באור, *Comm. in Ecclesiasten.*

Dicitur in fine (fol. 32): ובכאן נשלם ביאור קהלת והיתה השלמתו בתשעי לחדש מרחשון של שנת שמנים ותשע לפרט אלף הששי: „ Et hic completus est Commentarius in Ecclesiasten, et fuit finis eius die 9 mensis Marchescvan, a. 89, min. supp. „ (a. C. N. 1328) „.

Fol. 33. *Eiusdem Levi ben Gerson*, באור שיר השירים, *Comm. in Canticum Canticorum.*

In fine (fol. 75): ובכאן נשלם זה הביאר והיתה השלמתו בסוף תמוז שנת שמנים וחמש לפרט לאלף הששי: „ Et hic absolutus est iste Commentarius, et fuit finis eius exeunte mense Thamuz, a. 85, min. supp. (a. C. N. 1325) „.

Fol. 75. *Eiusdem Levi ben Gerson*, באור מגילת רות, *Comm. in volumen Ruth.*

Commentarius in fine (fol. 79b) absolutus dicitur: בראש חדש ניסן של שנת פט לפרט אלף הששי: „ ineunte mense Nissan, a. 89, „ min. supp. (a. C. N. 1329) „.

Fol. 80. *Abrahami Aben Ezra*, ביאור מגילת אסתר, *Comm. in volumen Esther.*

CODEX CXLVI. A. V. 26.

N. p. A. II, 30. Benc. LV. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 42, praeter plurima vacua non notata. In-4°. Codex miserrime se habet ob chartarum genus

infimum, atque compactionem ineptam, qua folia sunt invicem susque deque versa, ut nescias, qua nam parte sit libri initium. Verum in eo habes:

COMMENTA a variis excerpta, et male simul compacta ad Piutim, seu hymnos, qui in ritibus solemnioribus canuntur quibusdam sabbathis.

Interea haec animadvertenda sunt:

— fol. 23. מסכת שמחות, *seu ritus pro morientibus et mortuis.*

— fol. 30. מסכת סופרים, *Tractatus de librariis*, *seu de ratione scribendi libri* תורה.

Inc.: אתחיל מסכת סופרים האדם הגדול במניך היה אברהם אבינו גדול בקומה: Constat variis capitibus.

— fol. 38. *De mensuris hebraicis.*

— fol. 41. *Elegia in Templi excidium.*

Extat in fronte: זחר העתק א' מקינות. Folio autem eodem verso auctor dicitur Israël Iachia fil. Ariè (?) אריא.

— fol. 42. *Altera Elegia.*

CODEX CXLVII. A. V. 27.

N. p. A. II, 17. Benc. XLII. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XVI, rabbinico charactere italico exaratus, constat foliis 76, quae iam olim hebraicis, recentius arabicis etiam numeris sunt notata. In-4°.

MOSIS RIETI BEN ISAAK, Pars II poëmatis [מקדש מעט:] Sanctuarium Sanctum, cum additamentis prosa oratione, seu commento maxima ex parte ipsius auctoris.

Nullus titulus praemissus est. Nomen vero auctoris deprehendi in penultima linea commenti ad tract. II (fol. 23[b]) sic: משה בר' יצחק הריאטי ubi latuit Bencinium, qui vix codicem definivit *carmina moralia*, et, uti videtur, Pasinum, qui ideo abstinuit a recensendo codice. Verum inde certior factus sum operis, de quo consulendus est Wolf., t. I, p. 896, III, p. 814; De-Rossius, *Ms. cod.*, t. III, p. 154 et 158 ad cod. 1360 et 1373; Steinschneid., *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 1986. Desideratur in codice nostro Pars I אולם, *Porticus*, quae spectat exteras disciplinas; exhibetur autem Pars II איכל, *Templum*, quae edita etiam est sub titulo מעון השואלים, *Habitaculum petentium*, ac spectat auctores et scripta hebraica. Revera in codice continere video, quae ex II Parte describit De-Rossius ad cod. 1360, et Steinsch., l. c.; non enim mihi licuit adire rarissimas editiones, de quibus infra. At quaedam parum varia in nostro videntur, quod ad numerum et ordinem tractatuum spectat. Nimirum:

— fol. 1. *Tract. I*, מעון השואלים, *Habitaculum petentium.*

Nempe ex titulo huius tractatus petitus est titulus Partis II in editionibus.

— fol. 18. *Tract. II*, מקוה הכל, *Spes omnium* (*de Talmude*).

Inc.: מקוה הכל על כל מתנשא. Commentum incipit: זה הוא חלק האולם ומניף על חכמת התלמוד.

— fol. 24. *Tract. III*, היכל קדש, *Templum Sanctum* (*de Kabbala*).

Folio 31[b], quo desinit tractatus, adnotatum est: *Nihil aliud ex hoc poëmate ad manus nostras adhuc pervenit.*

— fol. 32. *Tract. IV*, אניות הנפש, *Tristitia animae.*

— fol. 38. *Tract. V*, *nullo titulo insignitus.*

Recensentur tractatus Talmudici, non eodem tamen ordine, quo a Maimonide dispositi sunt, uti monemur fol. 42, lin. 3, et fol. 43 lin. ult.

— fol. 46. *Tract. VI*, *nullo titulo insignitus*, *de tredecim articulis Fidei.*

Narrantur etiam vexationes, quibus Hebraei obnoxii fuerunt, cum auctor viveret. Nominatur liber Zohar veluti antiquus: illius enim antiquitatem nonnulli in dubium revocant.

— fol. 53. *Tract. VII*, *nullo titulo insignitus.*

Laudantur illustriores Hebraeorum doctores, tanaitae, ammorhaei etc., ac potissimum ii, qui cruciatibus et morte affecti sunt. In numero *recentiorum* sapientum veniunt Aben Ezra, Gavirol, Rasci, Nachmanides, Leo Gorias, Emanuel poeta. Integrum opus prodiit nunc demum Wien. 1851, in-8°, Pars II, seorsim iam ter prodierat Venetiis, in-8°, addita etiam versione italica. De his confer Steinsch., l. c.

CODEX CXLVIII. A. V. 28.

N. p. A. VI, 16. Benc. CLXXXIV. Pas. CLIV, t. I, p. 57. Wolf. t. IV, p. 927, A. VI. 15.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 279, praeter vacua. In-4°. Collectio rei medicae.

Fol. 1. *Praescriptiones medicae.*

Fol. 3. *De peculiari vi medica aliquot partium corporis quorumdam animalium. Excerptum.*

Fol. 9. *Pars altera Operis anonymi*, *de alimentis.*

E. g. fol. 14[b], lin. 36: *Caro gallinae praestat carne coeterarum avium, quia succus in (edentium) sanguinem mutatur.* Multum disseritur etiam de *syrupis* simplicibus et compositis.

Fol. 43. *Virtutes aromatum et alimentorum.*

Titulus est huiusmodi: זכרון הדרך אשר בו יודעו כחות הסמים והמזונות: . Opus autem incipit: כבר הסכימו כל הרופאים כי כשיאמר על דבר מהדברים שהוא חם או קר או לח.

Fol. 56. השתנים ממורה הרופא המומחה ממסילנו' [ממסילט'?] *De urinis per Doctorem medicum peritissimum De-Mesilano (Mesilato, Mesiltano?).*

Vocem המומחה Pasinus nomen proprium existimat: ***Hamumachah.*** Nonne ***peritus?*** Quis nam medicus ille ***Mesilano?*** Sane vox est breviata, nec satis certa; num ***medicus Sultani***, seu Moses Maimonides? Opus incipit sic, fol. 56 verso: עד כי לפי דברי ייליאו מראת השתנים הם ב' ולקטם מדברי גאליני.

Fol. 59. ***Breve Lexicon vocum difficiliorum in medicina.***

Fol. 60[b]. ***De usu carnium pro variis hominum temperamentis. Breve excerptum.***

Fol. 62. *Mosis Maimonidis (Rambam), Commentarii in Aphorismos Hippocratis.*

Incipit liber ab auctoris nomine: אמר הרב הגדול משה בן עבד אלהים הישראלי: Pasinus habet ***Eved Elohim*** veluti nomen proprium ***(servus Dei).*** Verum Maimonidis nomen hic ex arabico redditur: ***Musa Ibn Abd-Allah (Obeid-Allah) al-Israeli.*** Opus notum ex variis codicibus. V. Wolf., III, p. 988; De-Rossi, ***Diz.***, II, p. 32; Steinsch., ***Cat.***, p. 1919 et 1931, ubi quaedam animadvertuntur in Wolfium et De-Rossium. Ad calcem opusculi in codice nostro (fol. 86) haec leguntur: כשלם המאמר השביעי מפירוש פרקי אבקראט והעתיקו מלשון הגרי ללשון עברי החכם ר' משה בן החכם ר' שמואל בן תבון זצ'ל והשלים העתקתו בחדש טבת ביום כו' שנת חמשת אלפים ושמנה עשר לבריאת העולם: „ Absolutus est tractatus septimus commentarii in „ Aphorismos Hippocratis, et transtulit eum ex lingua arabica in hebraeam „ sapiens R. Moses, filius sapientis R. Samuelis filii Tibbon fel. mem. et „ perfecit translationem suam mense Teveth, die 26, anno ab orbe con- „ dito 5018 (a. C. N. 1258) „.

Fol. 86. *Hippocratis, Prognostica, ignoto interprete.*

Interpres vel codicis exscriptor hoc monitum praemisit: הספר הזה נקר' בלשון יון פורושטוטיקש: „ Hic liber graece appellatur „ Porostotikōs (*sic*) „. Addit autem, eum hebraice appellari posse

ספר אותות:, « liber de signis ». Verum paullo inferius ex verbis: אמר אבקרט: incipiunt *Hippocratis Prognostica.* Hinc patet, quod arduum fuisset arguere, qua nam graeca voce corrupta sit vox illa *Porostotikos.* Inter interpretes huius operis recensentur Honain ben Isaak, Tanchum ben Moses; v. Wolf., t. III, p. 87; De-Rossi, *Ms. cod.*, 565, 750. Nulla codicum comparatio mihi licuit.

Fol. 90. סוד הסודות. *Secretum secretorum.*

Hic titulus legitur fol. 116 verso, atque sub eo colligenda esse videntur varia excerpta medica, a fol. 90 ad 116, nempe:

1. (fol. 90) תועלות המים. *Utilitates acquae.*
2. (fol. 93) *De morborum signis et remediis.*
3. (fol. 95) סימנים כאב הראש. *Signa ex capitis dolore.*
4. (fol. 113) לכל נגע. *Pro quolibet vulnere (unguenta).*

Fol. 119ᵇ. *Index alphabeticus vocum Arabicarum in libris medicis, addita hebraica interpretatione.*

Fol. 124ᵇ. מזכרת מה שכלל חבור קטן הכמות ורב האיכות מאישתרי גואן גאקמי:. *Memorialis liber mole quidem parvus, sed rebus magnus Magistri Iohannis Iacobi (Jean Jacques).*

Est nempe fere index Operis, quod incipit paullo inferius ad fol. 132. Folia autem 127-131 inepte huc interiecta videntur.

Fol. 127. *Ratio vivendi saeviente peste, ex latino, uti videtur, sermone hebraice versa.*

Sic auctor exorditur: « Ex omnibus, qui nostra memoria fuerunt morbi » pestiferi, nulla unquam extitit lues tam saeva, quam quae ex septentrione » in Italiam incidit. Revera pestis genus, quod grassatum est in regionibus » קריוטון et טילודורים, et in Gallia, paullo mitius fuit, quam quod in » memorata regione ortum est ex siderum motu et solis defectu etc. ». Haec fortasse adiudicanda sunt eidem Iohanni Iacobi, auctori operis, quod sequitur ad fol. 132. Conscripsit enim tractatum de peste, uti monebo.

Fol. 132. ***Iohannis Iacobi* [זואן נקמי], *medici Montis Pessulani*, סוד המלאכה, *secretum operis vel Artis, hebraice redditum a latino sermone.***

Opus incipit hebraice, quemadmodum latine sonat: « Me iussit Carolus « Francorum rex conscribere compendium de re medica, eo quod fieri « nequit, ut singuli medici collectionem singulorum operum sibi compa- « rent, et ego Iohannes Iacobi, minimus *ex medicis Montis Pessulani*, « hunc librum composui, cui titulum feci: *Sod hammelacàh (secretum « artis)*, ubi praeterhabitis iis, quae minoris momenti sunt, persecutus « sum res maioris ponderis. Opus in sex partes distribui etc. ». Idem opus ex alia versione, sub titulo: סוד פרטיקה, *secretum praticae*, extat ad fol. 113 codicis CC. A. VI. 37, ubi auctoris nomen scribitur etiam גואן נקמי׃. Nomen hoc Pasinus hebraica forma reddidit *Goen Gakmi*, ac Bencinius paullo rectius *Iohannes Gakmi*. Sed pronum est illud reddere ad formam recentioris linguae, ad quam procul dubio effictum est, *Gian Giacomo*, *Jean Jacques*. Verum ex altero codice nostro discimus, hunc medicum Montis Pessulani insignitum etiam fuisse dignitate [קנסילייר] *Cancellarii*. Iam dubium esse nequit, quin sit Iohannes Iacobi, sive *Jean Jacques*, de quo conferendus est Astruc, *Mém. de la Fac. de Méd. de Montpellier*, pag. 191 sq. Floruit exeunte saec. XIV, extremis nempe annis imperii Caroli VI, a quo consentaneum est, mandatum accepisse conscribendi operis medici. Revera composuit, teste Astruc *thesaurarium*, quod etiam dictum fuit *Secretarium medicinae*; est autem procul dubio opus hebraice redditum in codice nostro. Conscripsit quoque *tractatum de peste*, ac versimile est, excerptum ex eo contineri ad fol. 127, huius codicis, uti memoravi.

Fol. 176. **זה שחבר . . . החכם הכולל מאישי' [מאישתרי] בון גוייש נתן מהריפים החרונים כמו הגורדון וגילברט וקראו גורדון קצר׃. *Opus quod concinnavit sapiens magister Bonn Goes Nathan ex recentioribus auctoribus, uti Gordonio et Gilberto, atque insignivit titulo: Gordonius brevis.***

Pasinus auctoris nomen legit: *Don Goyet Nathan*. Sed aperte in titulo scriptum est בון גוייש, *Bonn Goes*, quod in epigraphe paullum immu-

tatum est בוניו גומש, *Bonio Gomes.* Non est compendium Gordonii, seu compendium medicinae ex variis, cui titulus: *Gordonius brevis.* Auctor Gordonio fere aequalis fuerat, cum inter recentiores eum nominet. In fine: לקטו החכם הכולל מיס' [מיסתרי] בוניו גומש כהן כ"ע מספרי הרופאים האחרונים כמו גורדון וגילברט.

Fol. 224[b]. *Excerpta medica.*

Sunt primum documenta varia, dein (fol. 225[b]) pauca de anatomia.

Fol. 232. *Quaesita et responsa medica.*

Fol. 233. גדרי הרפואה. *Munimenta medicinae. Pauca excerpta.*

Fol. 235. *Quaestiones medicae, auctore* יוחני עסכיר (*Iohanne Aschir?*).

Incipiunt ex auctoris nomine: אמר יוחני עסכיר. Minus recte Pasinus legit יוחנן עסכר, quod nomen refert Steinschn., *Cat.*, p. 1046, sub voce ***Honein,*** adiecto exclamantis puncto. Verum de auctore nihil arguo ex iis paucis, quae codex continet. In fine: תמו השאלות.

Fol. 239. ספר המבוא הנקרא יובנאסי. *Iohannitii, uti aiunt,* (*seu Chonain ben Isaak*) *Isagoge* (*in Artem Galeni*).

Opus notum hebraice ex aliis codicibus (confer Steinschn., l. c., p. 1046 et 2002) et latine ex variis editionibus. Folio 224, haec leguntur: תם הספר הראשון מחברי' הרפואות חברו החכם הבקי יונית וערבית המכונה חנובאן ובני יון קראוהו גואניסי ועשאו מבוא ופתח לספר גלינוס הנקרא טיגני ביאורו מאסף לכל המחנות: « Explicit liber primus ex medicis operibus, quem composuit sapiens » peritusque in graeca et arabica lingua Iohannes, a graecis appellatus » Ioanisi, veluti isagogem et introductionem ad librum Galeni, qui dicitur » τέχνη, cuius commentum in se colligit omnes opiniones ». Pauca adduntur fortasse ex ipso Galeno. Sed liber dici videtur *primus* ex operibus, ut sit *secundus* ille qui sequitur, folio 256.

Fol. 256. *Galeni, Introductio* [המבוא], *ex arabica Chonain ben Isaak versione hebraice reddita.*

Huiusmodi est titulus: ספר המבוא הגדול למלאכות הרפואות העתקת חנן בן יצחק מגלינוס: « Liber introductionis magnae ad » opera medica; versio Chonain ben Isaak ex Galeno ». Verum Galeni Introductio inter opera spuria recensetur. Versio haec hebraica ex aliis codicibus non est comperta, quod sciam.

CODEX CXLIX. A. V. 29.

P. Not. lib. Cal. p. 10, n. 143.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 219. In-4° min.

COMMENTARIA IN TRACTATUS TALMUDICOS, Menachoth, Becoroth, Cherituth, Meñilah, potissimum ex Bartenora.

— fol. 2. *Comm. Bartenorae in Menachoth.*

Quamvis hic titulus legatur: פרוש מסכת מנחות לרש'י זלה'ה, initium commentarii non Rasci sed Bartenorae demonstrat.

— fol. 107. *Comm. in Becoroth.*

Est quidem Comm. Bartenorae, sed auctus ex aliorum, uti videtur, commentis.

— fol. 165[b]. *Comm. in Cherituth* (auctore ignoto).

Inc.: כל הנך כריתות במזיד בלא התראה אבל איכא התראה יש מהן בחנק ויש מהן בסקילה ויש מהן במלקות.

— fol. 194[b]. *Bartenorae, Comm. in Meñila.*

In notitia lib. Cal. aetas codicis notatur *saec. XIV.*

CODEX CL. A. V. 30.

N. p. A. II, 33. Benc. LVIII. Omissus a Pasino. Wolf. t. IV, p. 1039. A. II, 32.

Chartaceus, saec. XV, a duobus amanuensibus charactere rabbinico exaratus, constat foliis 124. In-4° min.

ABBA MARI FIL. MOSIS FIL. IOSEPHI מנחת קנאות: [*Minchath Kenaoth*] Munus Zelotypiarum.

Codex mutilus initio incipit medio capite XXXV. Sequuntur caetera capitula usque ad CXX, ad cuius calcem (fol. 118) legitur: נשלם ספר מנחת קנאות: Tum folio 118 verso extat אגרת הויכוח, *Epistola disputationis* (R. Schemtob ben Palquera), mutila tamen in fine. In Bencinii Catalogo codex sic definitur: *Collectio epistolarum variorum Rabbinorum*, atque inde a Wolfio, t. IV, p. 1039, *Epistolae ms. variorum magistrorum*, Recte sane; sed auctor libri aliunde constat Abba Mari. Confer Wolfium, t. I, p. 1, De-Rossi, *Diz. Aut. Ebr.*, t. I, p. 5. Opus editum est, Pressb., 1838, in-8°, una cum memorata epistola Schemtob, quae iam antea prodierat. Confer Steinschneiderum, *Cat. lib. hebr.*, p. 661 et 2543.

CODEX CLI. A. V. 31.

P. Not. lib. Cal. p. 10, n. 145.

Membranaceus, saec. XIV ineunte (a. 1309), exaratus rabbinico charactere, constat foliis 153. In-4° min.

Fol. 2. תוכיחה (sic) לרבי בחיי החסיד. *Reprehensio Rabbi Bechai hachasid* (*ben Ioseph*).

Est nempe Oratio, quae incipit ברכי נפשי, edita pluries.

Fol. 3. *Eiusdem Bechai*, [בקשה]. *Oratio, quae incipit:* אדני שפתי תפתח: *Domine labia mea aperies.*

De ea consule De-Rossium, *Ms. cod. hebr.*, t. II, p. 57. In folii margine nescio quis hebraice adnotavit, hanc orationem esse ineditam.

Post orationem venit Psalmus CXIX, quem consequuntur graduales. Nam post laudatam orationem recitandos esse ex mente R. Bechai docet monitum, quod fol. 11 legitur.

Fol. 12. *Eiusdem Bechai*, חובת הלבבות. [*Chovath hallevavoth*]. *Debitum cordium*, *ex arabico sermone hebraice redditum a R. Iehuda ben Tibbon.*

Praeit interpretis praefatio, de qua fuse De-Rossius, ***Ms. cod. hebr.***, t. I, p. 140 ad cod. CCXIII. In fine (fol. 145): נשלם ספר חובת הלבבות ... בשני בראש חודש שבט שנת ה אלפים וששים ותשע לבריאת עולם פה בפירמו: « Absolutus est liber Debitum cordium ... » feria secunda, die prima mensis Scevat, a. 5069 ab orbe condito (a. C. » N. 1309) in urbe Fermo ». Additur librarii nomen: אלחנן יצ'ו בן הצדיק ר' יוסף: « Alchanan, quem Deus servet, filius iusti R. Iosephi ». Opus editum pluries.

Fol. 146. תפלת כתר מלכות אשר הוסדה מפי הרב ר' שלמה בן גברול ז'ל הוא הרב ר' שלמה הקטן: *Oratio Corona Regni*, *quae composita fuit ex ore R. Salomonis ben Gavirol*, *qui et R. Salomon parvus.*

Hymnus cosmologicus, in Machazorim obvius, atque etiam editus. Perperam Wolfius, ***Bibl. hebr.***, n. 1966 et n. 2018. Salomonem ben Gavirol distinguebat a Salomone parvo; unus enim idemque est, uti etiam monebat De-Rossius, ***Ms. cod. hebr.***, t. I, p. 29.

Fol. 152[b]. פרק חלק אשר תקן הרב המובהק רבי משה בן הרב ר' מיימון ז'ל: *Caput Chelek* (*tractatus Sanhedrin de XIII fidei articulis*) *a R. Mose Maimonide expositum.*

Mutilum. Idem continetur in cod. nostro A. VI. 13, fol. 98. Notat A. Peyron, opusculum ***pluries editum.*** Pluries sane editi sunt hebraice XIII articuli fidei ex Maimonidis praefatione in hunc tract. Sanhedrin desumpti. Hoc opusculum vix editum est arabice et latine. Cf. Steinschneiderum, ***Cat. lib. hebr.***, p. 1886, n. 74-75.

CODEX CLII. A. V. 32.

P. Not. lib. Cal. p. 11, n. 146.

Membranaceus, saec. XIII, charactere rabbinico germanico, duplici columna exaratus, constat foliis 127. In-4° min. Mutilus initio et fine, tum passim nonnullae chartae desunt.

Fol. 2. *Preces matutinae, secundum ritum Germanorum.*

Deest initium.

Fol. 36^b. *Preces pro diebus festis, rit. Germ.*

In iis (fol. 60^b) inseruntur *Pirkè Avoth.*

Fol. 118^b. *Isaaci a Corbeil, Epistola ad Synagogas de suo libro.*

Inc.: הנה יען אשר תורה משתכחת. Scilicet paullo abest ab editionibus. Ad epistolae calcem haec leguntur: נשלם הכתב כמו שהעתיק . . . הר' יצחק בן יוסף גם שלחו לו מכתב באשכנז לבקש לקיים דברי האגרת הזאת ובעונותינו לא הספיק לשלחה באלו המלכיות כי נתבקש בישיבה של מעלה ביום שני פר' במדבר בכח' באייר שנת ארבעים לאלף הששי: „Explicit opus, „quod exaravit . . . R. Isaak filius Iosephi. Illud item in Germaniam miserunt optantes, ut Germani confirmarent verba huiusce epistolae, sed „ob iniquitates nostras mitti non potuit ad haec regna, quia evocatus est „ad supremam Academiam (sive obiit) feria secunda, parasciàh bemidbar, „die 28 Ijar, anno 40, sexti millenarii (a. C. N. 1280)". Similem epigraphen refert De-Rossius ex cod. 571 bibliothecae suae (*Ms. cod.* II, 89). Merito ibi vir cl. animadvertit in versionem huiusce adnotationis a Bencinio adornatam, et autumat Pasinum meliora protulisse ad cod. LXI (nunc CLXXXIII) quem vide. Rectius tamen Pasinus ibi scripsisset לשלוח pro eo, quod edidit לשלם.

Fol. 119^b. *Index libri eiusdem Isaaci a Corbeil Ammudè Golà, seu recensio tercentorum et viginti praeceptorum in septem dies tributorum.*

CODEX CLIII. A. V. 33.

P. Not. lib. Cal. p. 11, n. 147.

Membranaceus, saec. XIV, vario charactere, eoque semper rabbinico exaratus constat foliis 176. In-4° min. Pertinuit ad Iosephum ben Gaon R. Messullam e Coucy.

Fol. 1[b]. *Isaaci ben Ioseph a Corbeil*, עמודי גולה [*Ñamudè Golàh*]. *Columnae captivitatis, sive* ס' מצוות קטן, *Liber praeceptorum parvus*, *per compendium dictus* סמ"ק, *Samak.*

Praeceptorum numerus differt ab edito. Confer codices nostros A. II. 17, V. 4, VI. 20, VI. 28.

Fol. 165. *Isaaci* (fortasse Durensis) *ben Meir*, איסור והיתר [*Issur Vehether*]. *De illicito et licito.*

Haec leguntur superimposita aliis verbis deletis: זה איסור והיתר העתקתי אני הח"ר יצחק בן הח"ר מאיר שנת פרי (?): « Hunc librum Issur vehether transcripsi ego Isaak ben Meir anno...? ». A. Peyronus haec habet: « Ignotus, quod equidem sciam, auctor; distinguendus enim est ab Isaaco Durensi, qui librum pari titulo insignitum conscripsit ». Sed Isaak Durensis filius erat Meir. Verum quae in codice exhibentur, non opus sane existimanda sunt Isaaci Durensis sed ab eo excerpta videntur.

CODEX CLIV. A. V. 34.

P. Not. lib. Cal. p. 11, n. 148.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 255. In-8° mai.

Fol. 2. *Variae adnotationes rem medicam spectantes.*

Fol. 10. *Achmed Ibrahim ben Ali Caled*, צידת הדרכים (*Tzedath hadderachim*) *Viaticum itinerum. Opus medicum ex arabica in hebraicam linguam versum a R. Mose Tibbonide.*

Praefatio incipit: אמר משה בן תבון מעתיק הספר הזה מלשון הגרי אל לשון עברי מתנצל לפני חכם לב לא מפני היות חכם בעיני ובקי בשתי הלשונות ויודע בחכמה הזאת: Opus autem incipit eodem folio 10 verso: אמר אחמד בן אברהם אתה השר הנכבד האלהים יעשה שלומך ותאותך: Interpretis nomen, quod hic legimus, desideratur in codice nostro XLVIII. A. II. 28. Inter folia 13 et 14 duo folia excidisse videntur. Interpres Moses ben Tibbon in praefatione profitetur se, non quia multarum literarum homo, vel utriusque linguae peritus, aut medicinae consultus sibi videretur hunc librum vertendum suscepisse, vel ut gloriam primi interpretis imminueret; sed cum videret illum, qui hunc librum converterat in linguam gentium, multa breviasse, multa tenebris obduxisse, sententiasque corrupisse, non inutilem operam navaturum esse duxit, si e lingua Agarena in hebraicam verbum de verbo atque summa fide illum interpretaretur, quin linguae elegantiae nimium consuleret. Opus in septem [מאמרים] dissertationes tribuitur. I. Agit de morbis capitis, eiusque prima sectio de morbo tussis בחולי השועל, ita enim non שעול scribitur, uti Buxrtorfius in *Lexico Rabbin.* praecipit. II. De morbis membrorum vultus. III. De morbis organorum respirationis. IV. De morbo stomachi (ita enim lego mutilam vocem אסטו׳) et ventris. V. De morbis iecoris et renum. VI. De morbis partium genitalium. VII. De morbis qui in cute apparent. Casiri, *Bibl. Arabico-Hisp.* ad cod. 852 recenset: „ Opus capitibus 70 comprehen„ sum, inscriptumque *Peregrinorum commeatus*, auctore Ahmad ben „ Abrahim . . . . . vulgo Ebn Alhozar Alcaruni, qui librum hunc, quo et „ inventu faciliora et vilioris pretii medicamenta persequitur . . . . . in „ egenorum gratiam confecit „. Verum cum Calusianus capita 155 complectatur, suspicor in codice Hispano solum exhiberi compendium, cuiusmodi etiam hebraice sistit codex De-Rossianus 1053. Aliud exemplar integri operis servat Taurinensis bibliotheca in memorato codice XLVIII; par etiam possidet De-Rossiana in cod. 154. Casirius auctoris nomen esse tradit *Ahmed ben Abrahim*, vulgo بن الجزار, *Ebn Alhozar*; illum equidem distinguendum non esse putaverim ab *Ahmed fils d'Ibrahim Abou-Khaled écrivain connu sous le nom d'Ebn Aldjezzar*, quem uti historicum laudat Silvestre de Sacy in *Rélation de l'Égypte par Abd-Allatif*, pag. 43,

adeoque legendum in codice Casiriano الجزلر ; qua lectione semel probata, constabit quis sit ille Ben Alghezar, cuius *compendium medicinae a R. Chaiim fil. ben Musa* hebr. translatum sistit codex De-Rossianus 339, atque eo facilius persuasum erit ben Alghezar a nostro Ebn Algezzar distinguendum non esse, quo interpres Chaiim in praefatione monet auctorem aliud etiam opus elucubrasse, *Viatici* nomine inscriptum. Fol. 235 haec legitur epigraphe: " Explicit liber *Viaticum itinerum* .... eumque vertit R. Moses " fil. Iudae ben Tibbon Hispanus, civis Granatensis, e lingua Agarena in " hebraicam; eius versio absoluta fuit a. 5019 (a. C. N. 1259), mense sexto, feria " sexta, quarta die mensis ". Cui haec librarii subiicitur: " Meum in usum " descripsi [אני משה פורפולור בעשור האחרון לחדש אייר שנת אלי מעזי:] ego Moses Porpolor postrema decade mensis Iiar (seu " post diem 19 mensis) anno 168 (a. C. N. 1408) eumque absolvi die primo " parasciae במדבר ". Quare mirum non est, si amanuensis temporis compendio atque praeproperae scriptioni unice studens calligraphiam praeterhabuit. (Idem omnino opus, sub titulo *De medicina* memorare videntur Bartoloccius et Wolfius).

Fol. 236. *Recensio medicamentorum askamoniae, rheobarbari, coloquintidae ecc.*

Fol. 240. ... ביאור הוריות השתן ופלגיו למחלקותיו ליצחק ישראלי
Commentarium de indicatione urinae, eiusque partitionibus in classes suas, auctore Isaaco Israëlita.

Inc.: מראה השתן. Wolfius, *Bibl. hebr.*, t. III, n. 1214, et De-Rossius ad codicem 1168 varios huiusce operis titulus commemorant : שערי השתן et , עשרה שערים , מראות השתן ; noster aliam praefert inscriptionem, atque licet cum codice Wolfii non congruat, dispar enim est initium, putaverim haud differre a De-Rossiano, seu magni operis compendium exhibere. Calusianus in sectiones, quae quidem notentur, haud tribuitur, sed distinctis capitibus varios persequitur urinae colores eiusque genera. Caeterum Isaaci Israëlitae vitam, atque elucubrationes persequitur Silvester a Sacy (*Abd-Allatif, Rélation de l'Égypte*, p. 42 suiv.) ex codice Leydensi Ebn-Abi-Osaiba; ex quo patet ab Isaaco fusiorem de urinis tractationem adornatam fuisse, quam postmodum in epitomen ipse auctor redegit.

Fol. 249. *Additamenta, commentaria de medicina, lectu difficillima.*

CODEX CLV. A. V. 35.

P. Not. lib. Cal. p. 21, n. C. 6.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato cum punctis et accentibus ac duplici columna exaratus, constat foliis nullo num. notatis 344. In-4°. Mutilus initio et fine.

PENTATEUCHUS, APHTAROTH et **QUINQUE MEGHILLOTH**, cum notis Masoret., et in fine [מגלה אנטיוכס] volumen Antiochi, chaldaice.

CODEX CLVI. A. V. 36.

N. p. A. II, 12. Benc. XXXVII. Pas. XC, t. I, p. 32. Wolf. t. IV, p. 922, A. II. 11.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1579), charactere italico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 106, praeter plurima vacua non notata. In-4°.

Fol. 1. גמטריות של הרמב״ן [*Ghematrioth Haramban*] *sive Mosis Nachmanidis Expositiones eius Kabbalae speciei, quae dicitur* גמטריא, *fortasse* γεωμετρία.

Ex Nachmanidis commentario Pentateuchi haec excerpta sunt. Idem opus continetur in codice De-Rossiano 540; vide *Cod. hebr.*, t. II, p. 76. Male Pasinus, uti monet Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr.*, p. 1962, n. 53, ablegat ad Wolfium, t. IV, p. 877. Ibi enim sermo est de *Expositione Legis*, opere sane distincto.

Fol. 13. נוטריקון וגימטריאות על התפלה. *Notaricum et Ghematrioth in Preces, seu Expositiones cabalisticae Precum.*

Male omnino Pasinus legit התבה pro התפלה.

Fol. 21. ספר מכתב תחייה והוא ביאור על ענין תחיית המתים להחכם ר' יהודה בן זכרה: *Liber seu scriptum de resurrectione, idest Expositio de resurrectione mortuorum, sapientis R. Iehudae fil. Saccaràh.*

Nomen *Saccarah* corruptum est a זבארה. Titulum neque integrum, neque diligenter retulit Pasinus. Opus editum est: cf. Steinschn., l. c., p. 1368-9. Contendit auctor, resurrectionem mortuorum a sacro codice comprobari; fore ut anima simul et corpus reviviscant; idque solum eventurum esse inter populum Israëlem, etc.

Fol 42. ספר האמונה הרמה חברו הגדול החכם הנכבד ר' אברהם הלוי בן דאמר: *Liber de fide excelsa, quem composuit magnus sapiens nobilis R. Abraham Levita fil. Damor.* (corrige *David*).

Nomen est: *Abraham ben David (senior).* Ex voce דוד, *David*, factum est in aliquot codicibus דאוד, *Daud*, inde in aliis דיאור, atque in nostro דאמר. Opusculum hoc de *articulis fidei*, adhuc ineditum, continetur etiam in codicibus Vaticanis CCLIX et CCCXLI. Confer Wolf., t. I, pag. 39 et 44; Assemani, *Cat. Bibl. Vat.*, pag. 222 et 324; De-Rossi, *Diz.*, t. I, pag. 31-32. Ad fol. 84^b codicis nostris adnotatum est: *nescio utrum desideretur quartum capitulum huius ultimae partis, an id contineatur in superiori capite.* In fine (fol. 105) nota librarii: תם ונשלם יום ה' ט' אדר ראשון של"ט פה קירי: « Explicit feria quinta, 9 mensis Adar « primi, a. 339 (a. C. N. 1579) hic Cherii ».

CODEX CLVII. A. V. 37.

N. p. A. II, 6. Benc. XXXI. Pas. LXXXVIII, t. I, p. 30.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1568), charactere rabbinico minuto exaratus, constat foliis rec. num. notatis 214. In-4°. Autographus: vide cod. A. V. 38, 39, 41; VI. II, 15, 21.

ספר כללים מקבלה חבר ר׳ יצחק צרפתי שנת שכ׳ח לפ׳ק: [*Sefer Chelalim*], seu summa capita (librorum) de cabala. Opus Isaaci Sarfati (Galli) a. 328 min. supp. (a. C. N. 1568).

Verum haec exhibentur:

— fol. 1. כללי מפתחות הקבלה.
— fol. 103. בספר פרדס רמונים.
— fol. 167. מפתחות שערי צדק.
— fol. 176. כללי שערי אורה (*Gekatiliae*).
— fol. 194. מערכת אלהות (*Peretz ben Isaak*).
— fol. 207. מפתחות וכללי אגרת חמודות (*Beniamin* מניאציכו).

Alia eiusdem collectionis cabalisticae volumina ab Isaaco Sarfati exscripta quaere in codicibus, quos supra designavi. Non omnes eius nomen referunt, sed ex charactere caeterisque adiunctis statim dignoscuntur. En quae ex variis epigraphis et codicum inspectione collegi. Isaak Sarfati ben Abraham Moses Sarfati De Constantia, Avenionensis, exul e Gallia, annis 1554-1568 in Italia degebat, et modo Arimini, modo Mutili apud Florentiam (nescio quibus aliis civitatibus) duplici munere fungebatur librarii et magistri. Sed cabalae unice studiosus eos tantum libros exarabat, qui ad ipsius studia conferrent. Integros unius operis libros vix descripsit: *Commentum Sabbatai Donoli in lib. Ietziràh* (v. cod. A. V. 39, fol. 180), *Gekatiliae, Sciaare orah* (v. cod. A. V. 41, fol. 6), *Akiva, de litteris* (v. cod. A. VI. 11, fol. 33[b]). Reliqua sunt innumera *Excerpta*, *Chelalim* seu summa capita, adnotationes et indices libri Zohar aliorumque de cabala, quorum aliquoties indicatur titulus, raro auctoris nomen. Saepe ex iisdem libris variae *summae* exhibentur. Utebatur autem exscriptor hic disiunctis chartarum fasciculis, qui post illius obitum, uti videtur, collecti sunt, et in volumina non semper certo ordine distributa. Hinc extiterunt septem codices, quos memoravi (A. V. 37, 38, 39, 41; VI. 11, 15, 21). Iam satis patet, eos neque antiquitate neque rebus valde se commendare, utpote qui referunt exercitationes hominis recentioris, dum editos praecipuae libros volveret pro se suisque discipulis. Attamen fieri potest, ut si quis minime animadvertat ea, de quibus monui, disiuncta haec volu-

mina non aeque aestimet, in singulis nescio quid eximii suspicetur ex tot operum titulis, haereat autem in tanta rerum congerie quae sint eligenda, quae praeterhabenda. Quod accidisse video Bencinio (Wolf., t. IV) et Pasino, quotiescumque de his codicibus disseruerunt, qui tunc notabantur A. II. 6, IV. 2, II. 8, 31, III. 22, II. 26, IV. 1 (Wolf., III. 25). Hinc etiam factum est, ut ex varia eorum notitia docti viri dubitarent, an de eodem codice sermo esset, aut crederent, integrum opus exhiberi, quo vix operis titulus et index continetur. (Vide e. g. Steinschneiderum, *Cat.*, p. 2280 ad vocem *Salomo Alchabiz*, p. 1532 ad vocem *Iosef Schraga*). Res igitur semel erat dilucidanda.

CODEX CLVIII. A. V. 38.

N. p. A. IV, 2. Benc. CII. Pas. CXXI, t. 1, p. 44. Wolf. t. IV, p. 850, 901, A. IV. 1.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1554), ab Isaaco Sarfati exaratus, constat foliis rec. num. notatis 212, praeter plurima vacua. In-4° min. Continet eiusdem Isaaci *Collectanea cabalistica*, quorum alia volumina sunt cod. A. V. 37, 39, 41; VI. 11, 15, 21.

Fol. 1. *Chelalè, seu summa rerum memorabilium ex aliquot libris cabalisticis, ac primum ex libro Ios. Gekatiliae* שערי אורה.

Fol. 26. *Zohar in Leviticum.*

Ad eius calcem (fol. 161) haec leguntur: ה׳ תמוז שד״י לאלף חמישי פה ארימיני בחנות על העין מכמה״ר מנחם מפולונייה יצחק צרפתי יצ״ו בן אברהם משה מקוסטנצה המתגורר פה המלמד הכותב: « Die 5 Thamuz, a. 314 quinti millenarii (a. C. N. 1554) hic » Arimini degens ad fontem ill. Menachem Poloni, Isaak Sarfati (Gallus) » quem Deus servet, ben Abraham Moses De Constantia, qui hic officio » fungor magistri scribae ». Confer quae moneo ad cod. A. IV. 37.

Fol. 162. *Zohar in Numeros;* mutilum.

Fol. 199. חקירה באכילת הפרי שאכל אדם ואשתו וחטאתם

Examen manducationis fructus, quem manducavit Adam et uxor eius et peccati eorum.

Fol. 202. *Breve commentum de natura animae, utrum una an multiplex.*

CODEX CLIX. A. V. 39.

N. p. A. II, 8. Benc. XXXIII. Pas. LXXXVIII, t. I, p. 30. Wolf. t. IV, p. 878, A. II, 7.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1558), ab Isaaco Sarfati exaratus, constat foliis rec. num. notatis 316, praeter plurima vacua nullo numero notata. In-4° min. Continet eiusdem Isaaci Sarfati *Collectanea cabalistica*, quorum alia volumina A. V. 37, 38, 41; VI. 11, 15, 21.

Fol. 1. ספר אידרא קדישא. *Liber areae sanctae, cum commento.*

Editum est opusculum cum Zohar. Commenta autem ab ipso Isaaco Sarfati (de quo vide infra) a variis excerpta esse, verisimile est.

Fol. 36. באר מים חיים. *Puteus acquae vivae, addito altero opusculo* עץ חיים, *Lignum vitae.*

Est nempe formula precis recitandae ante somnum, quae postea illustratur more cabalistico. Sequitur fol. 37[b] index rerum, commentarii instar. Folio 40 venit eiusdem operis pars, quae vocatur: עץ חיים, *Lignum vitae.* Nimirum titulus est huiusmodi in fronte pagellae: בספר באר מים חיים בחלק נקרא עץ חיים: Hanc alteram partem memorat Wolfius ex Bencinio, t. IV, p. 878; praetermisit Pasinus. Ad fol. 130 haec legitur epigraphe: פה מודילייני מחוז פיורנצה ע'י יצקח צרפתי בן אברהם משה צרפתי מקונסטנזה מגרוש צרפת היום יום א' החדש כסלו שנת חמשת אלפים ושי'ח לבריאת עלם המתגורר פה ומלמר: « Hic Mutili (Modigliana) quod est oppidum Florentiae per » manus Isaaci Sarfati (Galli) filii Abrahami Mosis Sarfati Constantiensis » ex esulibus e Gallia, hodie primo die hebdomadae, mense Cilsev, a. 5318

„ ab orbe condito, quo loco moror et doceo (a. C. N. 1553) „. Confer quae de Isaaco Sarfati monui ad cod. A. V. 37. Non recte Pasinus habet in epigraphe: מדינה pro מחוז. Extat fol. 130[b] index rerum huius secundae partis. Folio 134, idem opus continuari videtur, ac primum venit recensio nimis longa attributorum Dei.

Fol. 144. ספר מתן תורה כשנתנה. *Secretum Legis promulgatae, uti (a Deo) tradita est.*

Liber cabalisticus.

Fol. 146. סוד מצות. *Arcanum praeceptorum.*

Non omnino est liber cabalisticus. Verum in eo exhibentur praecipua, quae sunt in sacris libris, praecepta.

Fol. 154. פירוש התפילות. *Commentarius ad Preces.*

Inter varia excerpta notes velim fol. 169[b]: פירוש תפילת עמידה להחכם שמואל בעל ספר תהלות ה'׃. „ Commentarius precum „ עמידה sapientis Samuelis, qui auctor est libri Thehilloth Adonai (Laudes „ Dei) „. Est nempe Samuel Motot de quo v. Steinschn., p. 2455. Sed vix excerptum.

Fol. 171. חקירה יפה בעצם אלקות והספירות הכל אחד. *Examen pulchrum essentiae divinae, simulque de Sephiroth.*

Opusculum hoc cabalisticum ab Isaaco ben Chaiim Sarfadi (hispano) missum olim fuerat Neapolim ad cabalae magistrum Massiantum, sicuti legimus his, quibus opus incipit: אמר הכותב חבורי זה הוא אור נעלם למשכיל האמת דרך סוד נעלם בא לידי קונטרים אחר שלחו הר' יצחק בר' חיים ספרדי לנפולי לנשא (?) ונעלם המקובל מאסיינטו יצ'ו זה דעתו וזה לשונו.

Fol. 180. *Sabbatai Donolo ben Abraham, Commentarius in librum Ietziràh, cui titulus* תחכמוני *[Thacchemoni], Consessus sapientum, interiecta dissertatione de Antropomorphismis.*

Opus hoc praetermisit Bencinius, non novit Wolfius. Illud vix recensuit Pasinus, illustravit postea ex duobus codicibus bibliothecae suae 399 et 417 De-Rossius, nec non et alii, quorum animadversiones Steinschneiderus, *Cat.*, p. 2231 sq., nunc demum summatim expressit, suisque auxit. Iam ex codice hoc nostro nihil novi addere licet; iuvat tamen aliorum notitias confirmare aut dilucidare diligenti recensione.

— fol. 180. In fronte: פי' ספר יצירה. *Comm. in Ietzirâh.*

— fol. eod. ספר תחכמוני שכתב שלום רב מפי אל שדי וכו' *Liber Tacchemoni quem scripsit* (sequitur auctoris nomen inclusum carmini Acrostichidi, cui initium fit ex iis verbis: שלום רב).

Editum est hoc carmen. In cod. Laur. (v. Steinschn., p. 2234) minus recte, ut mihi videtur, extat שבתי pro eo quod legitur in nostro שכתב. Rursus auctoris nomen legitur in praefatione.

— fol. eod. Praefatio incipit (lin. 7): כל זה נסיתי ..... אני שבתי בר' אברהם ..... שמי דונולי הרופא.

Pasinus legit *Ronoli*. Ita quidem videtur; sed in lectione incerta legere etiam licet *Donoli* pro vera orthographia. Non recte De-Rossius habet *Dagolo*. Patria auctoris in codice nostro aperte dicitur אורם, non vero אורס. Sequuntur ea, quae ex hac praefatione refert De-Rossius de auctoris patria ab Ismaëlitis capta die septimo Tamuz, a. 4685, de septem sapientibus occisis, de parentibus auctoris et amicis Panormum et in Africam deportatis, de auctoris iuventute ac studiis. Edita etiam est haec praefatio. V. Steinschn., l. c.

— fol. eod. סוד ה' ליריאיו.

Est nempe dissertatio de anthropomorphismis, quae incipit: כתוב מאין כמוך וכו'.

— fol. 187. Incipit Commentarius: פירוש תחלת בריאת בראשית וספר יצירת העולם וכו'.

Fol. 199. *Excerptum de Chiromantia.*

Fol. 203. סוד לב נתיבות חכמה. *Arcanum triginta duarum semitarum scientiae.*

Non recte Pasinus legit נתיבין, omisso חכמה.

Fol. 208. כללי ספר הקנה [*Chelalè sefer Hakkanèh*]. *Summa capita libri Cannae.*

Editi huius operis auctor fertur Elkana ben Gador, seu Kana ben Avigdor ben Nachum. Vide Steinsch., p. 637.

Fol. 217. כללי ספר פליאה [*Chelalè sefer Peliàh*]. *Summa capita libri Mirabilium.*

Pariter Elkana fertur auctor huius libri.

Fol. 226. מה טוב לעשות מדי יום ביום. *Quid agere oporteat de die in diem.*

Fol. 227. *Horoscopi pro variis mensibus.*

Fol. 230. אידרא זוטא [*Idra Zuta*]. *Area parva.*

In Zohar.

Fol. 250. *De precibus matutinis et benedictionibus.*

Folia 250-279, haud amplius manu Isaaci Sarfati exscripta sunt, sed huc adiecta ex alio codice. Continent autem fragmentum Commentarii cabalistici, in cuius auctorem inquirere non vacat.

Fol. 280. *Excerpta ex Commentis in Pentateuchum, ac potissimum, uti videtur, ex Opere Isaaci Arama,* עקידת יצחק: [*ñakedeth Itzchak*], Ligatio Isaaci *initio facto a III Parasciàh.*

CODEX CLX. A. V. 40.

N. p. A. II, 28. Benc. LIII. Pas. CII, t. I, p. 37. Wolf. t. IV, p. 896, A. II, 27.

Chartaceus, ineunte saec. XVI, charactere rabbinico, maxima ex parte ab una manu exaratus, quamvis saepe character variare videatur ob varium calamum et atramentum, constat foliis valde foedatis, rec. num. notatis 195. In-4° min. *Miscellanea* concinnata, uti videtur, a quodam nepote R. Iacob Levi Maharil ex huius praesertim codicibus.

Fol. 1. *Fragmentum grammaticae hebraicae.*

Pauca omnino. Folia partim lacera, partim foedata.

Fol. 9. *Fragmentum operis de Tephillin, cui titulus:* ברוך שאמר *Benedictus qui dixit. (R. Scimson ben Eliezer, uti coniicere licet).*

Inc.: זה הוא מספר ברוך שאמר. Confer Steinsch., *Cat. lib. hebr. Bodl.,* p. 2634.

Fol. 19. *Anonymi, Opusculum de praemiis et poenis, tum de iudicio capitis anni.*

Fol. 34. *Adnotationes quaedam de Lege.*

Obiter memoratur R. Meir ben Isaac Iaphe.

Fol. 36. *Anonymi,* ספר מדות *Liber de moribus.*

" Mutilus fine, sine auctoris nomine et tam exili scriptus charactere " (sic monet Pasinus) dictionibusque invicem adeo compactis, ut aegre " multoque negotio singulae dignosci possint ".

Fol. 50. *Iacob Levi (Maharil)* מנהגים, *Ritualia, vulgo* מהריל.

Opus quidem editum est. Verum in codice nostro non idem omnino exhibetur, sed passim illius partes quaedam, seu sermones, qui videntur ab auctoris nepote descripti fuisse ex ipso exemplari. Revera fol. 77, haec leguntur: ביום ד׳ יב׳ תשרי ר״ע שלמתי להעתיק הדרשות שכתב ודרש א״א מהריל: „ Feria quarta die duodecima mensis Tischri, „ a. 270 (a. C. N. 1509) explevi descriptionem sermonum, quos scripsit „ atque recitavit pater meus Maharil „. Additur autem: שלא יכולתי לקרותו כי היה הכתב קטן מאד: „ Quosdam (sermones) prae- „ termisi, eo quod essent conscripti charactere nimis minuto „. Non iam auctoris filius (auctor enim mortuus est anno 1427), sed nepos exscribere potuit quae hic habentur, si fides adhibenda est epigraphae. Revera multa in hoc codice spectant scriptorem Moguntinum Iacob Levi, quae non librarius, sed familiaris quidam eruisse videtur ex domestico tabulario, uti quae proxime veniunt folio 102. Huiusmodi sermones magnam codicis partem tenent (fol. 50-191).

Fol. 102. *Formula libelli repudii habita coram Maharil.*

In fine (fol. 102*b*): ... זה העתקת מגט שניתן לפני א״א מהריל והועתק אות באות: ... „ Hoc est exemplar scripturae repudii „ datae coram patre meo Maharil ... et transcriptum est de verbo ad „ verbum „. Dein post duas lineas, in quibus verba quaedam deleta, alia addita sunt, haec legitur temporis et loci nota: בשבעה עשר יום לחדש סיון שנת חמשת אלפים ומאה ושמנים ושש ..... בעיר אופנהיים: „ Die 17 mensis Sivan, a. 5186 (a. C. N. 1426) ..... „ in urbe Oppenheim „. Nescio quomodo Pasinus legit מוגנצ״יא *Maguntiam* pro *Oppenheim*, urbe prope Maguntiam patriam Maharil.

Fol. 106*b*. סדר סליחות. *Ordo Selichoth.*

Male Pasinus: סדר סילוק. Sequuntur pauca excerpta de ritibus.

Fol. 121. *Tractatus de licito et illicito (forsan ab Isaaco Durensi excerpta).*

Fol. 153. ליקוטי הר' משה הפרנס. *Licutè, seu Collectanea, R. Mosis Parnas Rotemburgensis (de ritibus).*

In fine (fol. 163): סליק ליקוטי הר' משה הפרנס מרוטנבורק מספר המרואה *(sic)* ואבי העזרי וספר הויכוח שליקטן לסמוך עליהם וכו': Liber, ut habet Wolfius, t. I, p. 887, *aliquoties allegatus in libro* מהרי"ל. Hinc patet, cur hic contineatur.

Fol. 164. *Quaesita et responsa, uti videtur, R. Meir Baruch de casibus theologicis.*

Memorantur: (fol. 165) Eliezer ben Nathan; (fol. 166.) Salomon ben Isaak, Iacob ben Isaak Levi, aliique.

Fol. 172[b]. *Nomina compendiosa, siglae, initiales litterae, etc., enucleata.*

Fol. 178. *Placitum theologicum de cuiusdam mulieris partu, Alexandriae in Aegypto, a. 235 (a. C. N. 1475) sub Mose ben Mordechai.*

Fol. 182. *De discrimine naturae Angelorum, hominum et brutorum.*

Fol. 184. *Iosephi Ezobi,* קערת כסף, *Scutella argentea, carmen ad filium.*

Desideratur anonymi carmen, quod praemitti solet. Incipit autem: בני שורה וקח ביום תשורה: Opus editum hebr. et lat. Confer quae moneo ad fol. 37[b] codicis A. VII. 37.

Fol. 185. *Series casuum theologicorum.*

Fol. 190. *Tractatus Ethices, mire detruncatus.*

CODEX CLXI. A. V. 41.

N. p. A. II, 31. Benc. LVI. Pas. CIV, t. I, p. 39. Wolf. t. IV, p. 850, A. II. 30.

Chartaceus, saec. XVI (forsan a. 1554), charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 271, praeter plurima vacua. In-4° min. Continet autographa *Isaaci Sarfati collectanea cabalistica*, quorum alia volumina sunt cod. A. V. 37, 38, 39; VI. 11, 15, 21 (confer quae de eo monui ad cod. A. V. 37).

Fol. 1. *Indices varii librorum de Kabbala.*

Fol. 3[b]. *Praedictiones ex die nativitatis.*

Fol. 4. *Instrumentum nuptiale* [כתובה] *cuiusdam viduae, datum Perusiae 25 Ellul, a. 5314 (a. C. N. 1554).*

Fol. 5. *Amuletum.*

Fol. 6. *Ioseph ben Gekatilia*, שערי אורה [*Sciañarè oràh*], *Portae lucis, seu de nominibus Dei et Sefiròth.* Cum notis in margine.

Opus editum pluries. Hunc codicem memorant Wolfius, t. IV, p. 850; Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 1466.

Fol. 206. כללי כתב החכם אלקבץ. *Summa capita scripti sapientis Alkabetz.*

Nempe *Moses Levi Alkabetz;* hoc enim integrum nomen praefixum est iisdem excerptis ad fol. 243 paullo inferius, ad fol. 198 codicis A. VI. 15, q. v. Mosem Levi constat ex codice nostro, floruisse ante annum quinquagesimum saeculi XVI, ante quam scilicet Isaak Sarfati (v. cod. A. V. 37) huiusmodi כללים exararet. Hinc pater esse potuit, non certe filius Salomonis Alkabetz, qui se reapse Mosis filium vocat, et quem media potissimum saeculi XVI parte floruisse satis compertum est. Mosi Alkabetz tribuunt nonnulli opus בית ה', *domus Domini* (quod Salomoni tri-

buendum esse monet De-Rossius, *Diz.*, t. I, p. 47). Id satis fuit Pasino, cur sine ulla dubitatione adfirmaret, in hoc codice contineri opus memoratum R. Mosis Levi Alkabetz, atque, uti consentaneum est, illi crediderunt docti viri (v. Steinschn., p. 2280). Non *opus*, sed est vix summa cuiusdam scripti, vel fortasse epistolae [כתב] de Kabbala, quam quatuor pagellae continent, ac Bencinius iam definierat: *Conclusio Doctoris Alkabetz.*

Fol. 208. *Expositio cabalistica verborum: Faciamus hominem.*

Fol. 243^b. כללי משה לוי אלקבץ החכם האלקי. *Summa capita Mosis Levi Alkabetz sapientis divini.*

Est eadem rerum summa ex כתב Mosis Levi, quae legitur superius fol. 206, nonnullis mutatis. Rursus eadem continetur ad fol. 198 codicis A. VI. 15.

Fol. 244. *Zohar in Canticum Canticorum.*

Fol. 245^b. כללי מהחכם האלקי ר' יוסף אבן שרגא הספרדי שעשה השגות על אשר (*sic*) המתנבא: *Summa capita ex sapienti divino R. Ioseph Aben Schraga Hispano, qui quaedam obiecit de eo quod (in nobis) insit vix prophetica.*

Nescio quo pertineat hoc fragmentum: vix due pagellae. Illud praetermisit Bencinius, atque inde Wolfius; recensuit Pasinus sub titulo: *Explicatio mystica precum et caeremoniarum.* Hinc orta est ea *confusio*, de qua Steinschn., p. 1532.

Fol. 246. אבאר הכללים מאגרת חמודות מהחכם כמהר'ר בנימין מגיאנציני: *Exponam summam rerum ex Epistola [Chamudod] Desiderabilium eximii R. Beniamin* מגיאנציני.

Textus huius epistolae extat ad fol. 170 codicis A. VI. 15, nullo tamen indicato auctore; ex eo apographo, quod possederat, Isaacus Sarfati hanc rerum summam digessit, addiditque nomen auctoris, quod Pasinus reddidit latine *Beniamin Maghianzini.* Hoc nomen Steinschneiderus, p. 2085

ibi existimat effictum ex *Elia Chajjm b. Beniamin* מקיינקיאנו, *ut Gedalia*. Sed aperte legitur in codice, quale exscripsi. Confer, si lubet, quae moneo ad cod. A. VI. 15.

Fol. 249. לקוטים מאגרת חמודות וכללים. *Explicationes ex epistola Desiderabilium, atque summa capita.*

Est iterum compendium rerum superioris epistolae ab eodem Isaaco digestum, quod sequuntur alia excerpta cabalistica parvi momenti.

CODEX CLXII. A. V. 42.

N. p. A. III, 25. Benc. C. Omissus a Pasino.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 69. In-4° min. Mutilus initio et fine.

COMMENTARIA IN PENTATEUCHUM, quae Anonymus ex variis auctoribus exscripsit.

Desiderantur initio duo vel tria folia; nam (fol. 1) declarantur verba capitis III, 22: *Adam est veluti unus ex vobis*. Secundae parasciàh נח, tertiae לך לך, aliarumque duo diversa commentaria prostant, quorum me latet auctor. Specimen refero ex commentario parasciàh נח, quod incipit (fol. 3ᵇ) sic: תולדות כמו הקורות ר'ל שאין ענינו מתולדות כי לא זכר פה כי אם מקריו׃. Codicis male compacti postremum folium illud esse debet, quod notatur n. 58: in eo illustratur sexta Parasciàh Exodi.

CODEX CLXIII. A. V. 43.

N. p. A. V, 36. Benc. CLXV. Pas. CLI, t. I, p. 57.

Membranaceus, saec. XIV, charactere quadrato cum punctis vocalibus exaratus, constat foliis rec. num. notatis 46. In-4° parvo. Codex miserrime detruncatus.

MACHAZOR GERMANICUM, fragmentum.

Habentur in eo: 1° (fol. 1) Haggadàh pro vespere primi et secundi diei Paschatis; 2° (fol. 13) Preces pro anni initio; 3° pro die Expiationis. Omnia mutila sunt.

CODEX CLXIV. A. VI. 1.

N. p. A. I, 32. Benc. CLXXVIII. Pas. LXXIX, t. I, p. 28.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico, varia manu exaratus, constat foliis rec. num. notatis 172, praeter plurima vacua. In-4° min. Mutilus passim.

FRAGMENTA PHILOSOPHICA ET MEDICA a quodam studioso collecta, vel potius consuta.

— fol. 1. *Fragmentum tractatus philosophici.*

Incipit a medio capite I, sed cito abrumpitur fol. 9ᵃ; aliud alius operis philosophici fragmentum vide ad fol. 135.

— fol. 10. *Fragmenta operis medici.*

Alia vide ad fol. 17 et 32.

— fol. 24. *Breve fragmentum operis Mosis Maimonidis, cui titulus:* ביאור מלות ההגיון, *Expositio vocum logicarum.*

In fine: כשלם ביאור מלות מן ההגיון ... והעתיקו מלשון הגרי אל לשון העברי החכם הגדול ר' משה בן ר' שמואל אבן תבון:
" Absoluta est Expositio dictionum Logicarum ... et transtulit eam ex " lingua arabica in hebraeam sapiens magnus R. Moses, filius R. Samuelis " Aben Tibbon ".

CODEX CLXV. A. VI. 2.

N. p. A. V, 37. Benc. CLXVI. Pas. CLII, t. I, p. 57. Wolf. t. IV, p. 922, A. V. 36.

Chartaceus, saec. XIV vel XV, varia manu, sed charactere semper hispano exaratus, constat foliis rec. num. notatis 139. In-4° min. Passim mutilus, et pessime compactus.

Fol. 1. Pars postrema (nempe a cap. XX Exodi) operis: *Expositio mysteriorum Haramban in Legem*, cuius pars prior extat in foliis 1-24 codicis nostri CLXVII. A. VI. 4, unde folia 1-31 huius (A. VI. 2) avulsa fuerunt.

Si igitur folia 1-31 huius codicis reponantur post folium 24 memorati codicis CLXVII, integrum existit opus, quod inepte in duos codices distractum fuit. Cum id non animadverterint nec Bencinius, nec Pasinus, veluti duo distincta opera eiusdem argumenti recensuerunt, atque ab iis non vere moniti fuerunt Wolfius, t. IV, p. 922, et Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 1962, n. 53. Confer codicem nostrum CLXVII, ubi opus sub uno titulo recenseo.

Fol. 33. *Anonymi*, *de Kabbala*.

Praemissi sunt tres versus; incipit autem praefatio sic: ברוך ה' אלקי ישראל אשר יצר את האדם בצלמו:. Opus autem fol. 36b inc.: תחלת כל דבר צריך אתה לדעת ולהשיב תמיד ברעיונך: In eo etiam sermo est de Sephiroth.

Fol. 101. *Zohar in Genesim*. Mutilum.

Incipit a cap. XII. Confer edit. Mantuae, a. 1558-60, in-4°, t. I, p. 82. Post interiecta folia 125-128, quae adnotationes referunt nullius momenti, ad fol. 129 rursus exscribitur Zohar.

CODEX CLXVI. A. VI. 3.

N. p. A. I, 11. Benc. XI. Pas. LXIV, t. I, p. 24. Wolf. t. IV, p. 976.

Chartaceus, saec. XVI, partim quadrato, partim charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 100. In-4° min.

SALOMONIS BEN GAVIROL B. IEHUDA, **אזהרות** [*Azaroth*], Admonitiones, sive 613 praecepta Legis carmine expressa, cum commento.

Pluries editae.

CODEX CLXVII. A. VI. 4.

N. p. A. V, 25. Benc. CLIV. Pas. CXLI, t. I, p. 52. Wolf. t. IV, p. 745, A. V. 26 pro 24, et p. 810, A. V. 24.

Chartaceus, saec. XIV (partim a. 1362), varia manu scriptus charactere hispanico, constat foliis rec. num. notatis 123. In-4° min. Mutilus passim et male compactus.

Fol. 1. ביאור סודות הרמ'בן מחדושי תורה. *Expositio mysteriorum Haramban seu R. Mosis ben Nachman ex (eiusdem) Novellis in Legem.*

Hic titulus extat in fronte folii primi, unde etiam patet, non iam Nachmanidis Commentum in Legem, quale editum est, hic exhiberi, sed Anonymi Expositionem ex Nachmanide. Incipit: בראשית ברא אלהים רצה לומר הרב במשמעות בראשית שהתורה ניתנה בעשר ספירות ובענין הזה שכל דבר שנא' בראשית הוא אחד מעשרה: Opus abrumpitur fol. 24^b ob folia inde avulsa; quae folia nunc extant in codice CLXV. A. VI. 2 notata numeris 1-31, ac referunt continuationem et finem operis. Ad calcem (fol. 31^b, cod. CLXV) haec legitur epigraphe: נשלמו רזי הרבב'ן (*sic*) ז'ל כאשר קבל מפה אל פה:

» Expliciunt mysteria Haramban fel. mem., uti ille acceperat per tradi- » tionem ». Idem opus contineri videtur in duobus codicibus Vaticanis CVII et CCXI. V. Assem., *Cat.*, p. 78 et 179, quamvis aliud sit in iis initium.

Fol. 25. *Abu Achmed Al Gazali*, כונות הפילוסופים, *Opiniones philosophorum, cum commentis Mosis Narboni ben Iosua.*

Desideratur nomen Narboni. Verum innotescit ex compluribus codicibus. Opus, uti omnes novunt, in tres partes distinctum est:

— Pars I (fol. 25). *Logica.*

Vix fragmentum. Illud praetermisit Pasinus. Ad calcem huius partis I (fol. 36ᵇ) haec leguntur: » Benedictus sit Deus, quod explere potui hanc » primam partem [במגדול אגרמונט] in Migdol Agarmonat (?), die 27 » mensis Adar primi, anno ab orbe condito 5122 (a. C. N. 1362) ego Sa- » muel Isaak ».

— Pars II (fol. 72). *Metaphysica.*

Male omnino Pasinus existimavit, exhiberi » Postulata R. Mosis Nar- » bonensis super Averroem ».

— Pars III (fol. 37). *Physica.*

Non recte Pasinus interpretem existimavit » R. Mosem ben Tibbon ». Ob codicem male compactum Pars III praemissa est Parti II. V. supra fol. 72.

CODEX CLXVIII. A. VI. 5.

N. p. A. III, 3. Benc. LXXVIII. Pas. CVIII, t. I, p. 24.

Membranaceus, saec. XIV, charactere scriptus quadrato, cum punctis et accentibus, constat foliis rec. num. notatis 601. In-8° mai.

BIBLIA, cum Masora.

Notes velim, quod Iesaias ante Ieremiam exhibetur. Psalmi, Proverbia et Iob sic exarata sunt, ut appareant hemistichia.

CODEX CLXIX. A. VI. 6.

N. p. A. II, 13. Benc. XXXVIII. Pas. XCI, t. I, p. 32. Wolf. t. IV, p. 752, A. II, 12.

Chartaceus, saec. XV, charactere scriptus Rascì, satis quidem diluto ob chartae genus, quae facile ab humido aëre damno afficitur, sed adhuc perspicuo, constat foliis rec. num. notatis 155, quorum postrema pessime se habent. In-4° parvo.

AVERROIS, Expositio libri Aristotelis מדות [*Middoth*], de moribus, seu Ethices ad Nicomachum, ex versione Samuelis ben Iudae, Massiliensis. Pars I.

Manus recentior apposuit titulum: ספר ניקומאכיה, *Liber Nicomachiah.* Incipit autem: אמר שכל מלאכה וכל חכמה וכל פעל וכו׳ In fine (fol. 153): והיה השלמי ביאור לו (?) המאמרים היום חמשי מן השבוע מהדש די קעדה תקעב לחשבון הישמעלים: „Et fuit finis, quem feci expositioni meae tractatuum, die quinto hebdomadae, mense Du-'l-caadà, a. 572 secundum computationem Ismaëlitarum (a. C. N. 1176)„. Sequitur (fol. 153ᵇ) interpretis epigraphe: נשלם ביאור בן רשד לספר המדות לארסטו׳ הנקרא בלשון יון ניקומאכיה: . . . . . והעתקתי הספר הזה . . . . . אני שמואל בן יהודה י״ץ בן משלם בן יצחק בן שלמה נ״ע מארשלייאה בשנת שבע ועשרים משנות חי (?) במגדול בלקייה ונשלמה העתקתו יום ב׳ אדר ראשון משנת השמנים ואחד לפרט האלף הששי: „Completa est Expositio Ben Rasciad „libri de Moribus Aristotelis, cui graece nomen est Nicomachia . . . . . „et transtuli hunc librum . . . ego Samuel fil. Iudae, quem Deus servet, „fil. Mescullam, fil. Isaaci, fil. Salomonis, ex Massilia, anno vigesimo „septimo vitae meae in Asce Blachja, et completa est translatio eius die

" secundo Adar primi, a. 81, min. supp., sexti millenarii (a. C. N. 1321) ". Fol. 153^b ait interpres, hic exhiberi primam ex duobus partibus, quibus opus constat. Idem opus continetur in codice nostro XIV, A. I. 14, fol. 280. Confer quae ibi moneo de interprete.

CODEX CLXX. A. VI. 7.

N. p. A. III, 17. Benc. XCII. Pas. CXIII, t. I, p. 42. Wolf. t. IV, p. 914, 919, 992, A. III, 16.

Chartaceus, saec. XV (partim a. 1483, partim, uti videtur, antea), charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 347. In-4° min.

Fol. 2. *Commentarius super Commentarium Rascì in Legem* (auctore ignoto).

Titulo destitutus, mutilus initio et fine, incipit a cap. XXXVII Geneseos, desinit ad cap. V Numerorum (fol. 17^b).

Fol. 18. ביאור לרש'י ז'ל. *Expositio in Rascì* (tacito auctoris nomine).

Character variat. Titulus, quem retuli, extat in fronte. Opus incipit: בראשית א'ר יצחק לא היה צריך התורה להתחיל אלא מהחודש הזה לכם וכו' הטעם בזה שכיון שתכלית נתינת התורה היתה בעבור המצות היה ראוי להתחיל בזאת המצוה: Expletur opus ad cap. XXIX Deuter., fol. 110. Ibi haec subiunguntur: תם בי'לל (?) כתבתיו אני אברהם תלמיד בשנת הר'מג בח' שבט כ'ז בו: " Explicit ..... scripsi illum ego Abraham Thalmid (discipulus) " 5243 (a. C. N. 1483), mense Scevat, 27 die ". Nec Bencinius, nec Pasinus animadverterant, hoc a superiori opusculo et distinguendum esse, et reapse in codice omnino distinctum exhiberi. Quapropter veluti unum opus recensuerunt, sed vario titulo. Nam Bencinius iudicavit esse *R. Maimonidis Comm. in Pentateuchum,* exaratum (quod Wolfius, t. IV, p. 919, *non satis capit*) a. 4643; Pasinus autem *Tredecim articulos fidei, quos primus constituit R. Moses filius Maimon,* exaratos, uti par est, a. 5243. Aliter duo opuscula recensui. Ne quis tamen credat, tres diversos codices nos prae manibus habuisse.

Fol. 111^b. *R. Iacob ben Isaak*, *Commentarius in tres priores Tractatus partis I Mosis Maimonidis* יד חזקה [*Iad chazakàh*] *Manus fortis.*

Deest titulus cui recipiendo spatium vacuum relictum est. — Fol. 111^b. Praefatio incipit: דבר ידוע אצל כל בעלי חכמה שכל מי שיחבר חיבור בחכמה מן החכמות לא יחבר אותו על דעת שהוא חסר כלום: Auctor nomen suum prodit in ipsa praefatione fol. 112, lin. 7, sic: יעקב בר' יצחק מרה"ס. Summatim quae in ea habentur, sunt haec: « Omnes potius quam aliorum opera illustrare, propria conscribere student. Si quid vero opus eximium prodiit, facile enarratorum curam exposcit. Sic Maimonides interpretatus est Talmudem, atque id perfecit tam splendide, ut operae pretium sit illius commentum commento adornare ». Plurimum disserit interpres de traditione et de iis, qui illi studuerunt. Hanc praefationem ineditam esse puto, non vero commentum, quod sequitur. — Fol. 118. Commentum incipit sic: והוא ספר מדע קראו ספר מדע וכו': Nimirum est Commentum, quod, nullo indicato auctore, sub solo titulo פירוש, adiectum est textui Maimonidis in editione, *Constant., per Davidem et Samuelem filios Nachmias*, a. (Ch.) 1509, in-fol., t. I, p. 13^b. Iam vero cum dubium esse nequit, quin unus idemque sit auctor praefationis atque auctor Commenti, iam ex codice nostro illius nomen constat. Memorat hunc codicem Wolfius, t. IV, p. 914, neque ex Bencinii notitia *satis intelligit, quid statuendum sit de volumine.* Ideo fusius illud descripsi. Auctorem Pasinus existimat esse Iacobum fil. Isaaci *Tzahalon.* Minime. Nam hic natus est a. 1520; codex autem noster procul dubio antiquior est, atque auctor designatur מרה"ס.

Fol. 193. *R. Scemtob ben Ioseph ben Palquera* מורה המורה [*Morèh hammorèh*], *Doctor inobedientis.*

Titulus operis legitur in praefatione, fol. 195^b, lin. 20, sic: ... זה הספר שמו מורה המורה: (sive *Doctor inobedientis*, non iam *Doctor Doctoris*). Nomen vero paullo inferius, *ibid.*, lin. 22: אני שם טוב בר' יוסף בן פלקירה המחבר זה הספר: Caeterum opus editum est. Hic Scemtob floruit exeunte saec. XIII, non vero a. 1509, uti habet ex Wolfio Pasinus, quem igitur Steinschn., *Cat.*, p. 2538 corrigit ad hunc locum.

Fol. 271. *Fragmentum Commentarii Maimonidis in Mischnà.*

Hic titulus praemittitur: פר' המפתח לפי לרב הגדול רבי משה ז'ל seu vix praefatio.

Fol. 296[b]. *R. Salomonis Korkos*, ביאור ספר יסוד עולם. *Expositio Libri (R. Isaaci Israëlis iunioris), Fundamentum mundi.*

V. codices LII et LXIX, qui referunt textum. Memorat hanc Expositionem Wolfius, t. IV, p. 992 ex hoc ipso codice.

CODEX CLXXI. A. VI. 8.

N. p. A. V, 22. Benc. CLI. Pas. CXXXVIII, t. I, p. 50. Wolf. t. IV, p. 918. A. V, 21.

Chartaceus, insertis passim membranis, saec. XV, charactere rabbinico italico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 247. In-4° parvo.

Fol. 1. *Mosis ben Maimon* [מורה הנבוכים], *Doctor perplexorum (interprete Samuele ben Tibbon).*

Fol. 227. פירוש המלות זרות מספר מורה הנבוכים. *Commentarius vocum exoticarum in (versione hebr. lib.) Moreh hannevochim (auctore Samuele ben Tibbon).*

Omnia edita pluries.

CODEX CLXXII. A. VI. 9.

N. p. A. V, 30. Benc. CLIX. Pas. CXLV, t. I, p. 53. Wolf. t. IV, p. 1065, n. 726, A. V, 29.

Chartaceus, saec. XIV exeunte (a. 1399), charactere hispanico a Mose Sam. Ascoli exaratus, constat foliis rec. num. notatis 88. In-4° min.

PERETZ BEN ISAAK GERONDI, מערכת האלהות [*Mañarecheth hahelauth*], Ordo divinitatis, liber cabalisticus.

Desideratur praefatio. Titulus praefixus est operi in folio primo, ubi male Pasinus legit השמות pro eo quod extat האלהות; nec recte Wolfius, t. IV, p. 1065, suspicatur, codicem inscriptum fuisse שערים. Titulo non additur auctoris nomen, quod ideo latuit Bencinium et Pasinum. Verum id constat aliunde. Opus caret in codice nostro commentis, quibus exornari solet in aliis codicibus atque in editionibus. Altera manus codicem exscripsit, altera emendavit. In fine: נשלמה מלאכת מערכת ש'ל: נשלמה כתיבת זה הספר על יד משה שמואל דאשקולא בתשעה ימים לירח מרחשון שנת קנ֯ט֯ לפרט אלף ששי ליצירה: " Absolutum est opus ordinis: absoluta autem est scriptio huius libri per " manum Mosis Samuelis Ascoli, die nona mensis Marchescvan, a. 159 min. " supp. sexti millenarii (a. C. N. 1399) ". *Ascoli* legendum esse puto pro *Doscolà*, quod legit Pasinus. De opere confer: Wolf., t. I, p. 995; De-Rossi, *De typ. hebr. Ferrariensi*, p. 44, cuius editionis rarae duo exemplaria asservantur in bibliotheca nostra, Steinschneid., *Cat. lib. hebr.*, p. 2092, ubi codex hic noster memoratur. Index rerum manu exaratus, atque auctior, quam in editione, extat huius operis ad fol. 198^b codicis nostri CLXXIV. A. VI. 11, ubi male Pasinus (cod. CXVII, t. I, p. 43) existimavit exhiberi opus *R. Azarielis Saghinahor*.

CODEX CLXXIII. A. VI. 10.

N. p. A. V, 27. Benc. CLVI. Pas. CLXII, t. I, p. 51.

Chartaceus, saec. XIV vel XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 261, praeter aliquot vacua. In-4°.

Fol. 1. *Averrois Expositio libri Aristotelis* [שמע טבעי] *de physico auditu, ex versione R. Kalonymi fil. Kalonymi.*

Inc.: המאמר הראשון ביאור ספר שמע טֿבעי כוונתו הראשונה בו לחקור מה הסבה ההיולאנית: Caput vero primum incipit: בכוונת זאת החכמה ונאמר שלמה שהיתה זאת החכמה Legimus autem in fine (fol. 117^b): והיתה השלמתו בעשיית הביאור הזה יום שבת ראשון לחדש רגב שנת תׄקׄסׄגׄ לחשבון ישמעאלים וזה במדינת אישיביליא וכבר יש לי *(sic)* בהמון ביאור עשיתיו בעת הנערות והוא קצר וראיתי עתה לעשות זה הביאור יותר שלם: נשלם העתקת ביאור ספר השמע לבן רשד ביום יׄטׄ אלול שנת עׄוׄ לפרט והעתיקו החכם השלם קלונימוס בר׳ קלונימוס תנצ׳בה: » Et fuit finis in perficiendo hoc » opere die sabbathi, primo mensis Rageb, a. 563, secundum computa- » tionem Ismaëlitarum (a. C. N. 1167) et id in provincia Scivilia, et olim » habui aliam expositionem, quam perfeci tempore iuventutis, et haec est » brevis. Nunc autem constitui perficere hanc magis absolutam. Completa » est interpretatio Expositionis libri Ben Rasciad die 19 Elul, a. 76, min. » supp. (a. C. N. 1316) et interpretatus est illam sapiens perfectus Kalo- » nymus fil. Kalonymi f. m. ». Idem opus, non indicato interpretis nomine, continetur in codicibus nostris XIV. A. I. 14, ad fol. 340, et CXXXIX. A. V. 19, atque, addito etiam nomine, in codicibus aliarum bibliothecarum. Haec Averrois Expositio reddita etiam est hebraice a Mose Tibbonide et a Zerachia ben Iudae. Horum opus vide in codicibus nostris CXCVI. A. VI. 33, LXXVI. A. III. 27.

Fol. 118. *Averrois Expositio libri Aristotelis* [מה שאחר הטבע] *Metaphysicorum*, *ex versione Zerachiae*, *filii Isaaci Hispani Barcinonensis.*

Inc.: אמר מציאות האמת קשה מצד וקלה מצד. Mutilus est liber fine. Idem opus extat in codice nostro XXXIII. A. II. 13, autographo, uti videtur ipsius Zerachiae.

CODEX CLXXIV. A. VI. 11.

N. p. A. III, 22. Benc. XCVII. Pas. CXVII, t. I, p. 43. Wolf. t. IV, p. 860, 939, 1040, A. III, 21.

Chartaceus, saec. XVI, manu Isaaci Sarfati satis nota (confer cod. A. V. 37) constat foliis rec. num. notatis 227, praeter complura vacua. In-4° min. Continet eiusdem Isaaci Sarfati *Collectanea cabalistica*, quorum alia volumina vide in codicibus A. V. 37, 38, 39, 41; VI. 15, 21.

Fol. 1. *Anonymi*, *Mystica expositio Geneseos.*

Incipit a cap. XVIII sic: וירא מה שלא אמר הכתוב וירא ה' אל אברהם כמו שנאמר בשאר נבואות הוא להודיע לנו מעלתו של א'א: Continuatur expositio ad finem Geneseos. Bencinius, nescio quo fultus argumento, opusculum definivit: *R. Iosephi Sarga. Anagramma in Legem et regulae scientiae cabbalisticae cum eiusd. expositione supra Pentateuchum.* Hunc titulum nunciavit doctis viris Wolfius, t. IV, p. 860 sub nota A. III. 21. Sed nullum nomen Iosephi Sargae extat in codice. Hinc Pasinus: *Mystica expositio Legis* (corrige *Geneseos*), *non indicato auctoris nomine.* Huius Iosephi Sargae fragmentum refert postea Pasinus ex codice tunc A. II. (30) 31 (nunc v. 41) quod Bencinius atque inde Wolfius omittunt. Inde ea confusio, de qua Steinschneid., *Cat.*, p. 1531 ad vocem *Iosef b. Schraga.*

Fol. 33. *Akiva ben Ioseph*, אותיות, *De litteris*, *tractatus cabalisticus.*

Opus editum. Auctor suppositius.

Fol. 35. *Commentarium in Pentateuchum.*

Incipit a Genesi sic: בראשית ב' של בראשית גדולה כלומר ב' עולמות ברא׃. Desinit ad caput XIX Exodi. Non recte Pasinus existimavit hic exhiberi Zohar in Genesim et Exodum.

Fol. 138. *Excerptum ex Commento ad preces matutinas.*

Nullo praemisso titulo incipit sic: אמר ר' עזריאל ז"ל כל ברכה שאין בה חתימה וברכת ההודאה׃. *Azariel* non auctor excerpti sed ex contextu is videtur esse, cuius auctoritas, data occasione, in medium profertur. Attamen auctor (et est fortasse) visus est Bencinio et Pasino, atque horum fide Wolfio, t. IV, p. 939, n. 1772, et Steinschneidero, *Cat.*, p. 756. Imo Pasinus suspicatur, eum esse *Azarielem Saghinahor* (seu Coecum) *auctorem libri* מערכת אלהות, *de quo inferius in eodem codice.* Maxime fallitur Pasinus in eo quod existimat inferius (nempe ad fol. 198^b) illius opus exhiberi; vide ad hoc folium quae moneo. Non aeque ac Pasinus existimavit Steinschneiderus, l. c., sed ex ipsius Pasini notitia non dubitavit *eumdem esse Comm. in Preces sec. 10 Sefiroth in cod. Mon. 221, ubi Lilienthal Asrielem interpretem fert ex Arab. operis Iosef Ibn Wakkar.* Iam docti viri certiores fiant, in hoc codice non *opus*, sed *excerptum operis* exhiberi, quod paucae pagellae continent. Nihil tamen obstat, cur haec sint excerpta a libro, quem Steinschneiderus memorat, quamvis id adfirmare mihi non liceat. Iam vero, post vacuum spatium, legitur (fol. 145) ספירה עשירית, *Sephiràh decima*, atque inde aliud breve excerptum.

Fol. 147. *Aliud excerptum cabalisticum.*

Fol. 165. *Index rerum notabilium in Zohar et Rekanati.*

Fol. 198^b. *Index vel summa rerum notabilium in libro* מערכת אלהות׃, *Ordo Divinitatis R. Peretz ben Isaak.*

Refertur titulus operis, neque auctoris nomen. Sed id constat omnino et a codice nostro A. VI. 9 et ex editione, quam consului. Index est satis locuplex per singula capita atque diversus ab edito; alii indices eiusdem operis ab eodem Isaaco Sarfati (de quo monui ad cod. A. V. 37) congesta vide ad fol. 194 eiusdem codicis A. V. 37, et ad fol. 51 et 96 codicis A. VI. 15. Miror sane quod Pasinus viderit *Opus Azarielis Saghinahor*, cum nihil aliud extet, quam index noti atque editi operis.

CODEX CLXXV. A. VI. 12.

N. p. A. V, 18. Benc. CXLVII. Pas. CXXXV, t. I, p. 49. Wolf. t. IV, p. 745, A. V, 17.

Partim chartaceus, partim membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico, perspicuo neque ineleganti exaratus, constat foliis rec. num. notatis 211. In-4° min.

ABU ACHMED AL GAZALI, כונות הפילוסופים [*Cavvanoth haphilosophim*], Opiniones philosophorum, cum commento Mosis Narboni.

Inc.: אמר משה בן יהושע הנרבוני ישׂ׳ עמה׳ן אחר וכו׳ uti in cod. CXXXIV. A. V. 14. Sequuntur tres Partes, in quas opus distinctum est: *Logica, Metaphysica, Physica.*

CODEX CLXXVI. A. VI. 13.

N. p. A. II, 25. Benc. L. Pas. XCIX, t. I, p. 35. Wolf. t. IV, p. 820, 862, 918, A. II. 24.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 144. In-4° min. Codex maximo damno affectus est ex humido loco, quo olim asservatus fuerat. Mutilus initio.

Fol. 1. *Ionae (Gerondi b. Abraham)*, שערי תשובה, *Portae poenitentiae.*

Pauca desiderantur initio. Opus distinctum est in המדרגות, quae iterum distincta sunt in capita, חלקים. Titulus operis, et nomen auctoris יונה (non indicato cognomine) leguntur in fine, ad fol. 53ᵇ. Verum non aliud opus esse videtur, quam editum Ionae Gerondi.

Fol. 54. *Mosis ben Maimon*, מאמר תחיית המתים, *Tractatus de resurrectione mortuorum, hebraice redditus ex arabico a Samuele ben Tibbon.*

Editus pluries.

Fol. 67. *Mosis ben Maimon*, אגרת תימן, *Epistola ad (Iudaeos) Meridionales.*

Edita pluries.

Fol. 87. *Chajim ben Abraham*, תוכחת חיים, *Reprehensio vitae.*

Male Pasinus legit מוסר pro חיים, quod satis apparet in fronte opusculi quamvis atramentum parum evanuerit, ac perspicue legitur in prima periodo praefationis, et ad calcem opusculi. Rectius Bencinius: *Reprehensiones morum in vita.* En operis initium: אמר החכם ר' חיים הזרוע (?) ברבי אברהם זכרו לחיים זה המאמר יצרתיו בראתיו אף עשיתיו וקראתי שמו תוכחת חיים ושמו וזכרו יורה על ענינו.

Fol. 98. *Mosis ben Maimon*, פירוש פרק חלק, *Commentarius in caput Chelek (cap. X Tract. Synedrin, de XIII articulis fidei, non indicato interprete).*

Inc.: ראיתי לדבר במקום הזה בעיקרים גדולים מן האמונות יקרים ונכבדים: . Ex hac eadem versione extat opusculum in codice nostro CLI. A. V. 31 ad fol. 152. Titulus, quem retuli ex hoc cod. CLXXVI concinit cum titulo *Cod. Ms. Mich.*, de quo Steinschn., *Cat.*, p. 1887, n. 74-75.

Fol. 112. *Mosis ben Maimon, Responsum ad quaesitum, quomodo se se gerere debeant hebraei adversus eos, qui a religione discedunt.*

Opusculum absque titulo incipit: מורה נבוכים. Hinc Bencinius et Pasinus fragmentum operis *Morèh* hic exhiberi existimarunt pro brevi opusculo, quod recenseo, et est excerptum, ut puto, ex Maimonidis תשובות.

Fol. 122. *Antidotorum libellus, seu potius praescriptiones medicae.*

Fol. 123. *Anonymi, sermo de laudibus Legis.*

Fol. 127. *Anonymi, sermo de laudibus Hierusalem.*

Fol. 130. *Iechiel ben Iekutiel Rofè, Carmen (quod extare solet ad calcem illius Operis* מעלות המדות *de praestantia virtutum).*

Inc.: אני גבר בסבות. Excusum quidem est ôpus מעלות המדות non vero carmen hoc, *ubi auctor libri argumentum breviter repetit.* Confer Steinschneider, *Cat. lib. hebr.*, ad vocem *Iechiel b. Iekutiel b. Benjamin ha-Rofe*, p. 1277. Confer etiam De-Rossi, *Ms. hebr.*, ad cod. 151, 807, 918, et *Diz.*, ad vocem *Rofè.* Non recte Pasinus: *Paraphrasis poetica R. Iechielis, filii Tubielis Romani de destructione Hierusalem.*

Fol. 132. *Fragmentum Operis* מעלות המדות, *de praestantia virtutum R. Iechielis* (de quo supra ad fol. 130).

CODEX CLXXVII. A. VI. 14.

N. p. A. I, 29. Benc. CLXXI. Pas. LXXVI, t. I, p. 27. Wolf. t. IV, p. 785, A. I. 28.

Partim chartaceus, partim membranaceus, ineunte saec. XIV (a. 1306), ab Ezra ben Todros exaratus charactere rabbinico hispanico, constat foliis hebraico numero notatis usque ad ר״ל, ac recentiori usque ad finem 250. In-4° min.

Fol. 1. *Abu Becher El Razi, Liber* אלמנצורי, *Almansorì, hebraice redditus a R. Scemtob ben Isaak, cognomento* הטורטושי, *Tortosi* (corrupt. הטרעישי, *Hatarasci*). *Tractatus decem.*

Opus ineditum. Hunc Scemtob cognomento Tortosi distinguendum esse ab homonymo Scemtob Schaprut probavit De-Rossius ad cod. 347

(*Ms. hebr.*, t. II, p. 5) monuitque *Diz.*, II, p. 124, atque iterum Steinschn., *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2548, ubi data occasione, complura addit de hoc scriptore, qui floruit saec. XIII. In codice nostro illius nomen praefixum est tractatui II, IV, caeterisque sic: העתקת שם טוב בר' יצחק זלה"ה:. Ad calcem operis, nempe folio ר"ל (rec. 253 pro varia ratione numerandi) haec leguntur litteris quadratis: אני עזרא בר' טדרוס כתבתי זה הספר מאלמנצורי לר' יצחק בן בנימין וסיימתיו באחד עשר יום בחדש תמוז שנת חמשת אלפים וששים וששה לפרט:. « Ego Esra filius R. Todros scripsi hunc librum Almansori, in « usum R. Isaaci, filii Beniamini, et complevi illum die 11 mensis Thamuz, « a. 5066 min. supp. (a. C. N. 1306) ». Huc usque et codex scriptus est manu huius Esrae et folia notata sunt ab eodem numeris hebraicis. Sequuntur pauca Additamenta de re medica alio charactere.

Fol. 234. *Breve lexicon pharmaceuticum, hebraice et hispanice.*

Fol. 239. *Index capitulorum nescio cuius operis medici.*

Fol. eod. שמות הסמים הנפרדים. *Nomina remediorum seiunctorum. Breve lexicon peculiarium vocum.*

Fol. 242. *Appendix medica*, cui titulus הנהגת החידות.

CODEX CLXXVIII. A. VI. 15.

N. p. A. II, 26. Benc. LL. Pas. C, t. I, p. 36. Wolf. t. IV, p. 781, 912, 1000. A. II, 25.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 240, praeter plurima vacua. In-4° min. Continet *Isaaci Sarfati Collectanea cabalistica*, quorum alia volumina pariter autographa vide in cod. A. V. 37, 38, 39, 41; A. VI. 11, 21.

Fol. 1. ספר כללי הזהר. *Summa capita libri Zohar.*

Titulus hic exscriptus est litteris quadratis. De Isaaco Sarfati, qui res collegit ac codicem exscripsit, confer quae moneo ad cod. A. V. 37. Verum hic veniunt:

1° (fol. 4). *Index rerum memorabilium in unaquaque Paraschiàh ex libro Zohar, additis in margine numeris pagellarum.*

2° (fol. 18). *Index locorum Bibliae, qui inveniuntur in unaquaque Paraschiàh ex libro Zohar.*

3° (fol. 48ᵇ). *Index verborum difficilium in Zohar.*

Non recte Pasinus: *Liber Sephiroth!*

Fol. 51. *Excerpta, adnotationes, indices ex variis libris cabalisticis.*

1° (fol. 51). *Index verborum difficilium in libris* מערכת האלהות (*R. Peretz*); קנה; שערי אורה (*Gekatitiae*); שערי צדק *etc.*

2° (fol. 85). *De punctis.*

3° (fol. 86). *De accentibus.*

4° (fol. 91). *De litteris.*

5° (fol. 93). *De ornatibus litterarum, qui vocantur* תגים.

Fol. 96. כללים. *Summa capita (ex hisce libris de cabala).*

1° (fol. 96). מערכת אלהות (*R. Peretz*).

2° (fol. 102). שערי אורה (*Gekatiliae*).

3° (fol. 121). שערי צדק.

4° (fol. 157ᵇ). דרך אמונה.

Fol. 170. אגרת חמודות [*Ighereth Chamudoth*], *Epistola Desiderabilium* (*R. Beniamin* [מגיאנציני] *De Geanzeno?*).

Opusculum tenet folia 170-197, neque amplius manu Isaaci Sarfati exaratum est; sed illius refert notas autographas in margine. Titulus, nullo indicato auctore, satis adhuc legitur in summa pagella, quamvis summae litterae caesae sint mala codicis compactione. Nomen auctoris, quod hic desideratur, nobis tradit ipse codicis exscriptor Isaacus ad fol. 246 codicis A. V. 41 q. v. ubi ex hoc ipso apographo summam rerum more suo exhibuit. Nomen autem est: בנימין מגיאנציני. Epistola incipit: מאז גלית את אזני וכו׳; *Epistolam Desiderabilium* auctore *Elia ben Chaiim*

Marciano recenset Wolfius, t. I, p. 152; III, p. 96, atque existimat, in ea agi *de moribus animae*. Memorat postea t. IV, p. 781 opusculum anonymum codicis nostri (tunc A. II. 25), quod tribuit eidem Eliae ac suspicatur cabalisticum. Eodem titulo auctore *Elia Vita fil. q. Beniamin e Genanzano* epistolam recenset etiam Biscionins, *Cat. Laur.*, p. 127, cod. XI, cuius refert priora verba, eadem omnino, ac quae extant in codice nostro. Iam vero non dubito, quin unum idemque opusculum sit apud omnes, neque assentio Biscionio, qui in Wolfio aliud argumentum, alium auctorem notavit. Nam, quod ad argumentum attinet, de eo non omnino certior Wolfius factus fuerat. Nomen autem auctoris immutatum quidem est vel difficili lectione vel a librariis, sed satis patet, illo unum virum designari. Revera Wolfius: ר' אליהו בן חיים מרקיאנו. Biscionius latine: *Elia Vita* (seu Chaiim) *fil. q. Beniamin e Genanzano*. Gedalia, teste Steins., p. 2085, *Elia Chajjm ben Beniamin* מקיינקאנו. Codex noster A. V. 41 vix: בנימין מנינציני. In tanta unius nominis varietate nullum argumentum mihi suppetit, quo iudicem, quae nam sit vera lectio.

Fol. 198. מכתב ר' משה אלקביץ. *Ex scripto*, *seu epistola R. Mosis Alkabetz*.

Auctor pleniori titulo dicitur postea *R. Mosis Levi Alkabetz*. Est autem excerptum operis, cuius titulus videtur esse כתב, de re cabalistica; operis, quod sciam, ignoti. Sane illi valde studuit Isaacus Sarfati, atque ex eo excerpta atque indices, quos etiam vide in codice CLXI, deprompsit. Opusculum praetermittunt Bencinius et Pasinus. Quod vero ex hoc codice refert Bencinius, atque inde Wolfius: *Mosis Alcabis, De divinitatis throno*, pertinet ad nescio quod aliud excerptum. Vide infra fol. 213.

Fol. 202. מאגרת חמודות. *Ex Epistola Desiderabilium* (vide paullo superius).

Folia non sunt transposita, uti habet Pasinus. Sed est iterum excerptum, seu summa capita, quae Isaacus Sarfati deprompsit ex opere memorato ad fol. 170. Eadem vel similia leguntur ad fol. 246 codicis A. V. 41, ubi additur auctoris nomen.

Fol 205. מפירוש התפילות מהמקובל מארגינטי. *Ex commentario Precum Cabalistae De Argenti*.

Non dubito, quin haec excerpta sint ex *Comm. in Preces Iosephi Aben Schraga*, cui nomen erat מארגינכטי. Vide etiam cod. A. VI. 21, fol. 245. Bencinius habet *Marzenti*. Pasinus omittit.

Fol. 213^b. *Excerpta alia ex Commentariis Cabalisticis in Preces.*

Memoratur interdum מקובל, qui videtur esse idem Ioseph Aben Schraga. Rursus quaedam ex Epistola Desiderabilium. Huc vero spectant quae habet Bencinius sub n. XV in recensione huius codicis olim A. II. 26: *R. Mosis Alcabis, De divinitatis throno.* Eadem inde refert Wolf., t. IV, p. 912, sub nota A. II. 25. Nomen tamen huius auctoris non equidem legi ad hunc locum, sed superius ad fol. 198.

Fol. 235. *Pauca excerpta de Sefiroth.*

CODEX CLXXIX. A. VI. 16.

N. p. A. II, 29. Benc. LIV. Pas. CIII, t. I, p. 39. Wolf. t. IV, p. 833, A. II. 28.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico minuto exaratus constat foliis rec. num. notatis 74. In-4° min.

ANONYMI, Comment. in Iehudae Levi librum כוזרי *Cozri* (*Cuzari*).

Ex locis illustrandis exhibentur priora tantum verba. Differt omnino commentum ab edito commento Iehudae Moscato, cui titulus *Kol Iehudà*, sicuti deprehendi ex collatione priorum linearum cuiusque partis. Ex linea 2 folii primi auctor noster videtur in animo habuisse commentum suum inscribere היקש הלב, *Logica cordis*. En specimen operis ex initio partis IV. Post verba textus: באר תחלה תאר אלקים ע׳ד כלל בביאור ... כי אלקים תואר למושל באיזה דבר תהיה ממשלתו: Variae lectiones referuntur ex Cozri; vide fol. 15^b, lin. 13. Quaedam etiam prosequitur auctor data occasione. Sic fol. 8, lin. 28-29 legimus: » Haec » non pertinent ad librum; attamen ego discipulus subiungo parvum com-

» mentum ». Integrum extat opus, ac desinit folio codicis postremo. Duo vero opuscula *De expectatione Messiae* et *De rebus astronomicis* quae Bencinius et Pasinus monent subiici commento, sunt pars postrema eiusdem commenti.

CODEX CLXXX. A. VI. 17.

N. p. A. IV, 9. Benc. CIX. Pas. CXXV, t. I, p. 46. Wolf. t. IV, p. 801, 835, A. IV. 8.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico valde perspicuo a duobus librariis duplici columna exaratus, constat foliis rec. num. notatis 46. In-4° min. Constiterat foliis 55, uti apparet ex numero hebraico iis apposito, quorum novem priora exciderunt.

Fol. 1. ביאורים. *Expositiones (quarum auctoris nomen intercidit una cum novem prioribus foliis) de quibusdam locis Sacrorum Librorum.*

In auctorem frustra inquisivi. Remanet, ut Pasinum secutus has expositiones recenseam, maiori qua potero diligentia, aliquot ex iis, quae habet Pasinus, mutatis, aliquot additis.

— fol. 1. *Expositio de paschate mutila initio.*
— fol. 2ᵇ. ביאור ענייך שבועות. *Expositio sensus absconditi hebdomadarum (et de iureiurando in monte Sina).*
— fol. 4ᵇ. ביאור מראה הסנה. *Expositio visionis rubi (in monte Sina).*

Pasinus reddidisse videtur סנה, *Sina.*

— fol. 6. ביאור אחר על המראה המתוארה. *Expositio altera descriptae visionis.*

— fol. 6^b. ביאור אחר על המראה המתוארה. *Expositio altera descriptae visionis.*

— fol. eod. ביאור פרשת אליהו הנביא זכור לטוב על דרך הנסתר:. *Expositio sectionis Eliae prophetae: cuius recordatio sit benedicta in via abscondita* (Reg. I. XIX).

— fol. 9^b. ביאור פרשת בשנת מות המלך עוזיהו. *Expositio sectionis: Anno mortis Oziae* (Iesaias, VI).

— fol. 12. ביאור כלי המשכן. *Expositio vasorum Tabernaculi.*

— fol. 12^b. ביאור סוד המנורה. *Expositio arcani seu magni Candelabri.*

— fol. 13. ביאור סוד השולחן. *Expositio arcani Mensae (et Templi).*

— fol. 13^b. ביאור סוד בגדי כהונה גדולה. *Expositio vestium magni Sacerdotis.*

— fol. 14. טעם השולחן והלחם אשר לפני השם וביום השבת יערכנו:. *Ratio mensae et panis, quem coram Domino singulis sabbathis apponebant.*

— fol. 15^b. טעם הלחות. *Ratio tabulae (Mosis, tum de litteris, punctis et accentibus).*

— fol. 19^b. ביאור ארבע דגלים שבמדבר. *Expositio quatuor Vexillorum, quae in deserto.*

— fol. 20. טעם למה נחלק שום שבט מנשה לנחול חציו בארץ סיחון ועוג וחציו מעבר לירדן ועוד למה נחלק שבט מנשה יותר משאר שבטים:. *Ratio, cur divisa aequaliter tribus Manassis partem haereditatis habuerit in terra Sehon et Og, et partem cis Iordanem, et rursus, cur eadem tribus Manassis magis quam ceterae tribus, dispertita fuerit.*

— fol. 20^b. ביאור פסוק לא תלבש שעטנז וכו' וגדלים

תעשה לך׃. *Expositio commatis: Non indueris vestimento, et funiculos facies tibi* (Deut. XXII, v. 11 et 12).

— fol. 21. ביאור פסוק כי תצור אל עיר ימים רבים רק עץ אשר תדע׃. *Expositio commatis: Cum obsederis urbem multis diebus; verumtamen arborem, quam cognosces* (Deut. XX, v. 19 et 20).

— fol. 21[b]. ביאור פסוק לא תלין נבלתו על העץ כי קבור תקברנו ביום ההוא׃. *Expositio commatis: Non permanebit cadaver eius in ligno, sed sepeliendo sepelies illud in illo die.* (Deut. XXI, v. 23).

— fol. eod. ביאור ענייך עגלה ערופה וטעמו. *Expositio sensus mystici vitulae decollatae.*

— fol. 22. ביאור אחד על ענייך המתואר. *Expositio altera de praedicto argumento.*

— fol. eod. ביאור פרשה וידבר העם. *Expositio Parasciàh: Et locutus est populus.*

— fol. 23. ביאור נידה וזבה. *Expositio quid sit Nidàh et Zevàh* (*seu de muliere menstruata et gonorrhoeata*).

Non recte Pas. טרה pro נידה.

— fol. 24. ביאור על פסוק הבה נבנה לנו עיר ומגדל וראשו בשמים׃. *Expositio commatis: Age dum aedificemus nobis civitatem et turrim, et caput eius in coelo* (Gen. XI, v. 4).

Nempe de turri Babel.

— fol. 24[b]. ענייך פרה אדומה. *Sensus mysticus vaccae rufae.*

— fol. 25[b]. ביאור ענייך על פסוק ונהר יוצא מעדן. *Expositio sensus mystici commatis: Flumen exiit ex Eden* (Gen. II, v. 12).

— fol. 26. *Comm. ad v. 3, cap. XIX, Deut.:* .תכין לך הדרך

Agitur de urbibus refugii.

— fol. 26[b]. *Comm. ad cap. XXII. Exodi, de poenis propter furtum.*

— fol. 27. .ביאור טעם עדים זוממים *Expositio de testibus oppositis.*

— fol. eod. *Comm. ad v. 4, c. XI, Num.:* והאספסוף אשר בקרבו *seu de poenis propter gulam.*

— fol. 28. ביאור טעם בהמות ועופות ודגים שאסרה לנו התורה. *Expositio rationis, qua (quaedam) animalia, feras, aves, pisces, prohibet nobis lex.*

— fol. 29. .ביאור משנת אם אין דרך ארץ אין תורה *Expositio textus Mischnici: Si nulla via terrae, nulla lex.*

Nempe: *Sine alicuius artis exercitio, nulla esse potest religionis observantia.*

— fol. 29[b]. .ביאור משנת סוף פרק בן זומא *Expositio textus Mischnici: finis capitis Ben Zoma.*

— fol. 30. .ביאור מעם מצוות יבום נגלה ונסתר *Expositio rationis praecepti de Leviratione, sensu naturali et abscondito.*

— fol. 32. .ביאור עניין בלעם *Expositio sensus mystici historiae Balaam.*

— fol. 34. *Expositio de origine tribuum ex duabus sororibus.*

Desideratur titulus. Verum in hoc commento disseritur quo modo tribus Israëlis ex duabus sororibus ortae sint, quamvis lege sit vetitum desponsare duas sorores, quae simul sint in vivis.

— fol. 35[b]. .ביאור פרשת ויצא בן האשה הישראלית *Expositio Parasciàh: Et exivit filius mulieris Israëlitidis* (Lev. XXIV, v. 10).

Agitur de poena mortis, qua afficiendi sunt illi, qui publice sabbatha profanant. In fine: עד הנה הביאורים שמצאתי מן החכם קדם זכרו « Hactenus Expositiones, quas inveni, sapientis antea memorati ». Hunc detegere nequivi. Nescio, quomodo Bencinius hic legere potuerit: « Hae » sunt expositiones Doctoris Gia. ». *Vereor* (ait Wolfius, t. IV, p. 801, n. 401^{b}) *nę quid monstri hoc nomen alat.* Revera nihil extat, quod de illo in codice moneat. Variat deinde character.

Fol. 37^{b}. *Aristotelis* (uti fertur in codice) אגרת החסידים. *Epistola piorum, aliter* אגרת המוסר, *Epistola ethica, ex arabica Ali Ismaëlitae versione hebraice reddita a Iehuda Charizi ben Salomo.*

Opus editum. Vide Wolf., t. I, n. 228, I, III, IV, n. 777. Assem., *Cat. Vat.*, p. 236, cod. CCLXX. De-Rossi, *Diz.*, I, p. 83; *Ms. cod.*, 424, 438, 776. Verum Steinschn., *Cat. lib. Bodl.*, p. 1316, n. 20, 21, errores, qui de hoc opusculo admissi sunt, notat. Nos opusculi titulum retulimus, quale ex codice nostro eruitur. Revera in fronte legimus: אגרת עלי הישמעלי: Adduntur octo versiculi. Dein: אמר יהודה בן חריזי זאת אגרת החסידים אשר חבר הפילוסוף אריסטאטאלוס והעתיק אגרת מלשון יון ללשון ערב חכם מחכמי' ישמעאלים נקרא שמו עלי וכלל עמה אגרת מוסרו (sic): *Congruunt ut vid. codd. varii* (ait Steinschn.). Verum noster congruere videtur potissimum cum De-Rossiano 776. Notes velim, quod a fol. 37^{b} ad finem codex ab altero librario exscriptus est.

Fol. 40^{b}. *Isaak ben Beniamin, Tractatus, quo probatur, mundum non esse ab aeterno, sed conditum fuisse, et conditorem esse unum Deum, cui nemo similis.*

Sic in titulo.

Fol. 42. מאמר לחכם ר' יהודה בר' משה מפרס. *Tractatus R. Iehudae ben R. Moses* מפרס (*seu sectiones introductoriae ad libros propheticos*).

Aperte legitur in codice מפרס. Num *De Paris?* Non puto. Hic Iehuda a Wolfio t. IV, p. 835 et a Pasino existimatur esse *Iehuda ben Moses*

ben Daniel Romanus, de quo Wolfius t. I, p. 488. De re non dubitat De-Rossius (*Ms. cod. hebr.*, t. III, p. 91, cod. 1774), sed haec habet: „ Tractatus ms. de prophetia, qui servatur in bibl. Taurinensi non dubito „ quin eius (Iehudae Romani) reapse sit, sintque sectiones illae in libros „ propheticos, quas sub n. II (cod. 1774) enumeravimus „.

Fol. 43. *Eiusdem Iehudae ben Moses* מאמר אחר, *tractatus posterior.*

Existimo esse alteram sectionem introductionis ad Prophetas.

Fol. 43^b. ערוגת המזימה ופרדס החכמה לבן עזרא. [*Ñarugath hammezimàh*] *Area cogitationis et* [*Pardes hachocmàh*] *Paradisus sapientiae* (*Abrahami*) *Aben Ezra.*

Libellus metaphysicus brevissimus, atque editus a. 1835 a N. Krochmal. V. Steinschn., *Cat.*, p. 685, n. 63. Consulendi etiam sunt: Wolf., t. I, p. 80; III, p. 50. Assem., *Cat. Vat.*, p. 378, n. 4, cod. 403. De-Rossi, *Ms. cod. hebr.*, cod. 213, 1122, 1227.

Fol. 45. *Expositio versus 13, cap. V. Iosuae.*

Pauca omnino.

CODEX CLXXXI. A. VI. 18.

N. p. A. I, 18. Benc. XVIII. Omissus a Pasino.

Partim chartaceus, partim membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico exaratus constat foliis rec. num. notatis 60. In-4° min. Constiterat olim foliis plus quam עֹח, uti apparet ex antiquo numero hebraico foliorum. Verum novem et decem folia interciderunt initio, nescio quot folia in fine.

ARITHMETICA (ignoto auctore) in II Partes distincta.

Pars I, mutila initio, incipit a folio olim כ'. Desinit ad fol. 13^b, (olim לב') quo incipit Pars II hisce verbis: הצעת המאמר דע כי החכמים המשילו השם יתברך בעולם השכלים הנפרדים לאחד במספר: Praefatione huius secundae partis docemur, eam distinctam esse in sex capitula, seu שערים, quae extant omnia. Opus explicit ad fol. 53^b. Inde incipiunt problemata arithmetica, addita singulorum resolutione usque ad fol. 60^b, quo codex mutilus abrumpitur.

CODEX CLXXXII. A. VI. 19.

N. p. A. I, 21. Benc. XXI. Pas. LXVIII, t. I, p. 25. Wolf. t. IV, p. 774, 944. A. I. 20.

Chartaceus, saec. XIV (a. 1346), charactere rabbinico ab Emanuele ben Iacob exaratus, constat foliis rec. num. notatis 91. In-4° min. Cum figuris geometricis inter textum et in margine.

EUCLIDIS, Elementorum libri XV (ex versione Mosis Tibbonidis) cum praefatione Iacobi ben Machir.

Praemissus est hic titulus: משניות מספר אקלידיס החכם בשרשים « Sectiones libri Euclidis sapientis in radicibus (seu elementis) ». Sequitur praefatio Iacobi ben Machir, cui initium: התלה לאל, uti in codice nostro A. V. 3. Illius nomen legitur fol. 1, lin. 19-20: כשאני לבי אני יעקב בר' מכיר להעתיקו מלשון הגרי אל לשוננו:. Haec eadem refert Wolfius, t. III, p. 84, n. CCIV ex codice Bodleiano. Textus hebraicus Euclidis incipit fol. 1^b sic: הנקדה היא דבר אין חלק לה הקו היא אורך אין רחב לו:. Facile quisque credet, hanc esse versionem Iacobi ben Machir, cuius exhibetur praefatio. Sed est eadem, quae continetur in codicibus nostris A. V. 3, A. IV. 11, quorum alter nos monet, non esse Iacobi ben Machir, ambo nos docent esse Mosis Tibbonidis. Revera Machir floruit saec. XIV, Tibbonides saec. XIII; in tribus vero codicibus ad calcem libri decimi haec leguntur: נשלם המאמר העשירי מספר אקלידס החכם ונשלמה העתקתו ג׳ אב שנת ל׳ לפרט:. « Explicit tract. decimus Libri Euclidis sapientis, et finis versionis eius fuit 3 Ab, a. 30 min. supp. (a. C. N. 1270) ». In aliis etiam codicibus opus Euclidis existimo concinnatum fuisse hebraice, quemad-

modum extat in nostris A. V. 3, VI, 19, eo quod videam haerere bibliographos in definiendis utriusque versionibus. Verum noster A. IV. 11, optimae sane notae, certo modo statuere mihi videtur versionem Tibbonidis. In iis codicibus opus expletum dicitur die 17 Elul, a. 5030 (1270). In hoc autem, quem describo, pro Tibbonidis epigraphe librarius hanc suam apposuit: אני עמנואל בן יעקב כתבתי אלה המשניות מספר אקלידים לעצמי וסיימתי זה הספר יום ו׳ כ׳ טבת של שנת קו׳ לפרט האלף הששי: « Ego Emanuel ben Iacob scripsi has sectiones « Libri Euclidis in usum meum, et absolvi hunc librum feria sexta, die « 20 Teveth, a. 106 min. supp. (a. C. N. 1346) ». Iure Wolfius, t. IV, p. 774 pro certo habet, codicis exscriptorem Emmanuelem ben Iacob auctorem esse operis astronomici, quod extat in codice nostro A. IV. 14. Variat tamen scriptura in utrisque codicibus.

CODEX CLXXXIII. A. VI. 20.

N. p. A. I, 4. Benc. IV. Pas. LXI, t. I, p. 22. Wolf. t. IV, p. 881.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico nitidissimo ac duplici columna exaratus, constat foliis rec. num. notatis 159. In-4° min.

ISAAK A CORBEIL BEN IOSEPH, עמודי גולה, Columnae Captivitatis, seu ס׳ מצוות קטן, (per compendium סמ׳ק) Liber praeceptorum parvus.

Opus editum. Epistolam ad Synagogas, qua liber incipit et commendatur, sequitur index operis, ad cuius calcem fol. 7^b, haec leguntur in codice nostro: והנה בעונותינו לא הספיק הגדול לשלו׳ [לשלוח] ספרו באלו המלכיות עד שנתבקש בישיבה של מעלה יום שני פרשה במדבר כח׳ באייר שנת ארבעים לפרט האלף הששי: « Et ecce ob nostra peccata vir magnus mittere non potuit librum suum « ad regna (Germaniae), donec evocatus est ad supremam Academiam « (sive ad superos) die secunda paraschiàh במדבר, 28 Iiar, a. 40 min. « supp., sexti millenarii (a. C. N. 1280) ». Non recte Bencinius in catalogo ms. habet: « Perficere nequivit librum, cuius argumentum erat supremum

" studium ", quam ideo pravam versionem edidit Wolfius, t. IV, p. 881. Accuratius quidem eam reddidit Pasinus, sed (uti monet A. Peyron, *Not. lib. Cal.*, p. 11, n. 146) rectius scripsisset לשלוח ספרו pro eo quod edidit לשלם, namque codex evidenter habet לשלו'. Similis epigraphe legitur in codice nostro, olim Calusiano, A. V. 32; in De-Rossiano, 571 (v. *Ms. cod. hebr.*, t. II, p. 89), atque in editione Constantinopolitana.

CODEX CLXXXIV. A. VI. 21.

N. p. A. IV, 1. Benc. Cl. Pas. CXX, t. I, p. 44. Wolf. t. IV, p. 1001, A. III. 25.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1556), ab Isaaco Sarfati ben Abraham exaratus constat foliis rec. num. notatis 175, praeter plurima vacua. In-4° min.

הזוהר מספר שמות. ZOHAR IN EXODUM.

In fine: ותכל מלאכת הקדש ספר הזהר מספר שמות מה שמוצאתי ההעתק מהגאון כמוה'רר אליה חלפי ותהי השלמתי ר'ח שבט שיו' לפ'ק בשנת שהצרות תכופות עלינו פה ארימינו אשר ברומניא ע'י יצחק צרפתי יצ'ו בכ'מר אברהם משה מקוסטנצה צרפתי אוויניונו המתגורר פה: " Et expletum est " opus sanctum libri Zohar in Exodum, id quod inveni describendum ex " codice R. Eliae Chalafi (Calabi?) et explevi primo die mensis Scevat, " a. 316 min. supp. (a. C. N. 1556), quo nempe calamitates cumulatae sunt " super nos, hic Arimini in Romandiola, manu mei Isaaci Sarfati, quem " Deus servet, fil. eximii R. Abrahami Mosis De Constantia, ex Avenione, " qui moror hic ". De Isaaco Sarfati seu Gallo, vide quae moneo ad cod. A. V. 37. (Nota huius codicis Benciniana, atque ideo Pasiniana, A. IV. 1, a Wolfio, t. IV, p. 1001 reddita est A. III. 25. Animadvertit doctissimus vir Steinschneiderus, *Cat.*, p. 2085, unum semper addendum esse, ut numerus Wolfii congruat cum Pasiniano, atque p. 2086 apud Wolfium delendum putat signum A. III. 25, quod reapse longe a norma remotum est. Minime delendum. En quomodo res se se habet. Paullo post quam Bencinius indicem suum Wolfio communicavit cum signis, codicum ordinem et signa in eo potissimum mutavit, quod additus est

codex in primo plutei loco, et caeteri uno gradu prolati. Hinc codex primus cuiusque ordinis factus est secundus, secundus factus est tertius, et sic deinceps usque ad penultimum, ita ut in his adiunctis verum sit, quod ait Steinschneiderus de uno semper addendo. Hac eadem ratione ultimus codex cuiusque ordinis uno gradu progressus extitit primus ordinis insequentis. Sic codex III. 25 qui nempe fuerat ultimus ordinis tertii, extitit primus quarti, nempe IV. 1. Res est parvi momenti, sed animadvertenda semel).

CODEX CLXXXV. A. VI. 22.

N. p. A. III, 23. Benc. XCVIII. Pas. CXVIII, t. I, p. 43.

Chartaceus, saec. XVI, rabbinico charactere exaratus, constat foliis rec. num. notatis 254, praeter vacua plurima. In-4° min.

Excerpta ex ZOHAR in Genesim, Exodum et Leviticum.

In folio primo: ספר תולדות אדם. Haec spectant caput V Geneseos, sed non omnino concinunt cum textu. Concinunt reliqua excerpta.

CODEX CLXXXVI. A. VI. 23.

N. p. A. II. 21. Benc. XLVI. Pas. XCVI, t. I, p. 34. Wolf. t. IV, p. 936, A. II, 20.

Chartaceus, exeunte saeculo XV, minuto charactere rabbinico, perspicuo et satis eleganti exaratus, constat foliis rec. num. notatis 116. In-4° min.

Fol. 1. *Peripoth* (*vel Prophiath*) *Duran vulgo Ephodaei*, מעשה אפד: [*Mañaschèh Ephod*] *Opus Ephod*, cum notis in margine.

Opus eximium de hebraica philologia, ineditum. In fronte codicis nostri: לאפד. Titulus ad calcem praefationis (fol. 19, lin. 31) est, quem supra retuli; non tamen reperi auctoris nomen. Verum id constat omnino ex

variis codicibus. Hunc codicem prae manibus habuit De-Rossius, atque ex eo edidit specimina in opere suo: *De praecipuis caussis neglectae hebr. litt. disciplinae*, p. 7, 11, 13, 178, 179, 195. (Nec Bencinius nec Pasinus veram notitiam exhibent huius tractatus, cuius auctor eos latuit; Bencinius habet, haec esse desumpta ex libro *R. Sealim*, atque inde Wolfius, t. IV, p. 936 perperam suspicatur in codice nostro contineri librum *Seadiae Gaon*). V. Wolf., t. I, III, IV, n. 1753; De-Rossi (praeter locum mem.) *Diz.*, II, 89; *Ms. cod. hebr.*, II, p. 175, ad cod. 800; Steinschn., *Cat.*, p. 2112 ad vocem *Prophiat*, et 2200 ad vocem *Saadia*.

Fol. 113[b]. *Mordecai Finzi, Animadversio de litteris* מנצ'פך.

Contendit auctor, variam harum litterarum formam ab ipsis prophetis institutam fuisse. Nescio, quod nam *phoenomenon* innuat Pasinus. Ad calcem brevis huius animadversionis legitur: ובזה נתבאר מה שנראה לנו בזה עתה ביום העשרים לחדש ניסן של שנת חמשת אלפים ומאתים ושבעה ליצירה: « Et hic expositum est, quod visum » est nobis (seu nostra opinio) nunc die 20 mensis Nisan, a. 5207 ab orbe » condito (a. C. N. 1447) ».

Fol. 114[b]. החלק השלישי מספר רב פעלים. *Pars tertia libri* [*Rav peñalim*] Multus operibus (*R. Ioseph Sarko, vel Zark*).

De hoc opere grammatico, cuius vix pauca edita sunt, et ultima pars extat in hoc codice, vide potissimum De-Rossi, *Cod. Ms.*, t. II, p. 68 ad cod. 511, et Steinschn., *Cat.*, p. 1524 ad vocem *Iosef Sarko*, tum p. 2200 ad vocem *Saadia*. Ioseph Sarko scriptor est saec. XV.

CODEX CLXXXVII. A. VI. 24.

N. p. A. V, 24. Benc. CLIII. Pas. CXL, t. I, p. 51. Wolf. t. IV, p. 746, 810, 863. A. V, 23

Chartaceus, ineunte saeculo XV, charactere hispanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 149, ubi capitum initia minio descripta sunt a fol. 1 ad 28, atque inde ad finem desiderantur in spatiolo, quod vacuum relictum est ad ea pingenda. In-4° min.

Fol. 1. *Abubecher Ibn Al-Tofeil,* ספר חיואן בן יקטאן הנקרא יחיאל בן עזריאל: , *Liber Chivan ben Ioktan qui vocatur Iechiel ben Azariel, cum Mosis Narboni commento inter textum.*

Incipit codex a Narbonidis praefatione sic: אמר משה בן יהושע ישׁ'י עמ'הן בן דוד הנרבוני ג'ל:. Fol. 3, operis titulus, quem retuli; ubi aperte legitur חיואן et עזריאל, pro eo quod habet Pasinus חיזאן et אוריאל. Verum חיואן extat etiam in cod. De-Rossiano 415; חיזאן et חי in aliis; אוריאל in omnibus praeter nostrum. Titulo subiicitur operis divisio in VIII Partes, quarum argumenta describuntur. Pars I incipit, fol. 4, ex auctoris nomine: אמר הזקן אבובכר בן אלטפיל האנדלוסי:. Nomen Wolfius scribit: *Avi Iaafar Ibn Thophail,* t. I, p. 13; De-Rossius, *Abubecher ben Altaphil, Ms. cod.,* II, 34; Steinschneider, *Ibn Tofeil (Abu Bekr), Cat.,* p. 1973. Fol. 22, Pars II, cuius initium rubro titulo nitet. Reliquae partes vix vacuo spatio disiunctae sunt, nempe: Pars III, fol. 39; IV, fol. 49^b; V, fol. 69; VI, fol. 87^b; VII, fol. 96, cui, uti monet Steinschneider, l. c., inserta est *Sciagraphia* הנהגת המתבודד *Abu Bekr Ibn Szaig,* cap. 8. Verum legimus (fol. 99^b, lin. 17): דע כי בזה הפרק רמז אל הנהגת המתבודד. Pars VIII, fol. 129; ad calcem commenti huius ultimae partis (fol. 148) legitur: והשלמנו פירושנו זה ערב שבועות יום המעמד הנבחר שנת תשע ומאה לפרט אלף הששי:. „ Et complevimus commentum hoc „ nostrum vespere Sevuñoth, die magnae stationis (quo nempe promulgata „ est Lex, seu 5 sivan) a. 109, min. supp., sexti millenarii (a. C. N. 1349) „.

Fol. 149. *Abubecher Ibn Iachia Al Tzaig,* אגרת הפטירה. *Epistola de discessu (animae a rebus mundanis).* Vix fragmentum.

Interpres, cuius nomen desideratur in codice nostro, ait in praemonito, se opus hoc hebraice vertendum suscepisse rogatu R. David filii בילא. Nomen auctoris: אבובכר בן יחיי אל צאיג. Male Pasinus: *Iechiel.* Epistola inscribitur: לאחד מאחיו, „ ad unum ex fratribus suis „. Opus memorat Wolfius, t. I, n. 12, atque iterum ex codice nostro t. IV sub eod. num. p. 746. Integrum continetur in duobus codicibus Vaticanis 297 et 429, ubi interpres dicitur *Chaim ben Iehuda ben Vivasch* (Assem., *Cat.,* p. 282 et 394).

CODEX CLXXXVIII. A. VI. 25.

P. Not. lib. Cal. p. 12, n. 181.

Chartaceus, exeunte saeculo XV, charactere scriptus rabbinico, rudi omnino ac lectu difficillimo, constat foliis 181. In-4° min.

QUAESTIONES PHILOSOPHICAE, quas Eli ben R. Ioseph Chabilio hebraice reddidit ex Christianis auctoribus ac praesertim Thoma de Aquino.

Pauca omnino de hoc opere habet A. Peyron; nonnulla addam. Nimirum in prima charta homo paullo recentior, nescio qua auctoritate, hunc titulum apposuit: שאלות על ספר מה שאחר הטבע ותשובתן « quaesita de metaphysica et responsa ». In praefatione interpres vel potius auctor sic nomen suum prodit (fol. 7, lin. 6): עלי בר' יוסף חביליו זלה"ה אשר ממלכות קשטילייה היושב בהר הזה מונתשון עלקצה מלכות ארגון:. « Eli bar Ioseph Chabilio, qui civis est regni « Castiliae degens in hoc monte Monçon sito in finibus regni Aragoniae ». Opus incipit fol. 14^{b}, et constat duabus partibus; ignotum Wolfio. Continetur etiam in codicibus De-Rossianis 281 et 457 (v. *Ms. cod.*, t. I, p. 159). Monet autem De-Rossius has quaestiones sumptas esse potissimum ex Thoma Aquinate, Scoto et Okamo, uti patet ex ipsa praefatione. Eas vero Calusius sumptas esse putat ex Iohannis Versoris quaestionibus (quae excusae sunt saec. XV, v. Hain, *Rep. Bibl.*). En quae doctissimus vir in prima codicis huius charta hebraice adnotavit: חברן וירשוריו המחזיק בסברת טומאש די אקינו *(sic)* העתיקן עלי בר' יוסף חביליו:. « Composuit haec (quaesita) Versor, qui sequitur doctrinam « docti Thomae de Aquino, eaque transtulit Eli ben R. Ioseph Chabilio ». Duae ex his quaestionibus inscriptae nomine Thomae Aquinatis editae sunt a Iellinek: Die VI, u. VII, *Frage aus den Quaes. disput. de Anima des Thomas von Aquino. Nach der hebr. Uebersetzung des Ali* (sic) *b. Xabillo*, Leipz. 1853, in-8°. V. Steinschn., *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 1383. In tribus pagellis postremis codicis huius nostri manus recens adiecit [חידושים] *res novas*, seu verba iocosa potissimum ope litterarum initialium [ראשיתיבות] concinnata, quorum auctor dicitur Iona ben Samuel Kalonymos.

CODEX CLXXXIX. A. VI. 26.

P. Not. lib. Cal. p. 12, n. 182.

Membranaceus, saec. XV, charactere scriptus quadrato, constat foliis 518. In-4° min.

Fol. 1. *Mosis ex Coucy, vulgo Kotzi*, ספר מצות גדול, *Liber praeceptorum magnus.*

Praeeunt praecepta affirmativa; tum, fol. 342, sequuntur negativa. Codicem saepe ab editis variare adnotavit Calusius in prima charta. Loca anti-christiana integra manent.

Fol. 514[b]. הלכות חול המועד. *Constitutiones de die profesto solemnitatis.*

Nomen amanuensis legitur in fine ab eiusdem filio adnotatum: בשבת תצא כ'ז אלול נפטר מן עלמא הדין מורי וא'א כמ' יהודה שיגריי זלה'ה סופר מהיר כתב הספר הזה בשנת חמשת אלפים ומאתים וחמשה וארבעים לבריאת עולם: „Die sabbatho theze, „27 Ellul, naturae concessit pater meus Iehuda Segre, qui diligenter ex„scripsit hunc librum a. 5245 ab orbe condito (a. C. N. 1485)„.

CODEX CXC. A. VI. 27.

P. Not. lib. Cal. p. 12, n. 183.

Membranaceus, saec. XVI, charactere rabbinico hispanico exaratus, constat foliis 63. In-4° min. Mutilus fine. Illum possederat Iuda David Pescarolo.

ASCER BEN ABRAHAM (seu Bonan Kreskas), Commentarius in Maimonidis librum מורה נבוכים, *Morèh nevochim.*

Prodiit una cum Maimonidis libro Sabionetae, a. 1553, in-fol. V. Wolf., t. I, n. 360. De-Rossi, ***Annali tip. di Sabioneta***, p. 13; ***Diz.***, t. II, p. 27 sq. Steinschneider, ***Cat. lib. hebr. Bodl.***, p. 1895.

CODEX CXCI. A. VI. 28.

P. Not. lib. Cal. p. 12, n. 184.

Membranaceus, saec. XIV, rabbinico charactere exaratus, constat foliis 176. In-4° min.

ISAACI A CORBEIL BEN IOSEPH, Liber Praeceptorum parvus, cui titulus Columnae captivitatis, mutilus initio et fine.

Incipit enim a praecepto XI, et desinit in CCLXXXI (confer alios codices nostros). Sunt notae marginales.

CODEX CXCII. A. VI. 29.

P. Not. lib. Cal. p. 12, n. 185.

Chartaceus, saec. XV (a. 1475), charactere rabbinico varia manu exaratus, constat foliis 220. In-4° min.

Fol. 1. *Mosis Narboni*, *Commentarius in Averroëm de rebus physicis.*

Desideratur initium. Verum in fol. 1 lin. 7 haec leguntur: אמר משה וכשהגדלתי החקירה בדברי בן רשד ז'ל כפי הדעת האמיתית לבן רשד יתאחדו באחת השכל והמושכל עם המשכיל: Ex his paucis iam satis patet, exhiberi commentarium in Averroem, auctore ***Mose***, cuius non additur cognomen; sed non alius esse potest, quam ***Moses Narboni***. Eum enim solo nomine Mosis designari video in aliis commentariis, uti in codice nostro A. V. 18. Neque in codice indicatur, qui nam sit Averrois tractatus. Sane in eo agitur de rebus physicis; quod etiam eruitur ex allato specimine. Contuli hunc cum Mosis Narboni

commentariis, quae extant ad folia 7 et 61 codicis memorati A. V. 18, ac diversum deprehendi. Remanet, ut alterum specimen referam ex postremis opusculi verbis (fol. 45): ופה נשלם מה שכוננו להשלים מפירוש כונותינו והשבח לשלם האמיתי אשר אין חוץ ממנו דבר והוא יביאנו אל ההצלחה הנצחית השלימה למען חסדו אמן : Sequitur haec librarii subscriptio : כתבתי וסיימתי הספר הלז לאהובי ידידי המפואר והנעים כמ׳ נפתלי בר׳ משולם ס״ל יצ״ו וסיימתי היום יום ו׳ כ״ז טבת רל״ה פה עיר קרימה בביתו נאם מאיר בר׳ יצחק יצ״ו : « Scripsi ac perfeci hunc librum in usum amici mei » magnifici Neftali filii Mesciullam, quem Deus servet, hodie feria sexta, » 27 tebeth, a. 235 (a. C. N. 1476) in urbe Crema, in eius aedibus; sic » dicit Meir fil. Isaaci ».

Fol. 48. *Abraham Aben Ezra*, ביאור קהלת, *Expositio Ecclesiastes.*

In fine dicitur absolutus a. 4900 (a. C. N. 1140), cuiusmodi epigraphe et in editis libris legitur.

Fol. 83. *Levi ben Gerson*, ביאור קהלת, *Expositio Ecclesiastes.*

In fine (fol. 118): והיתה השלמתו ביום ו׳ כ״ט אדר רל״ד לפ״ק « Et fuit finis eius feria sexta, die 29 Adar, a. 234 (a. C. N. 1474) ».

Fol. 119[b]. *Eiusdem Levi ben Gerson*, ביאור אחשורוש, *Expositio Assueri, seu Lib. Esther.*

Fol. 145. *Eiusdem Levi ben Gerson*, ביאור שיר השירים, *Expositio Cantici Canticorum.*

Fol. 198[b]. *Eiusdem Levi ben Gerson*, ביאור רות, *Expositio Ruth.*

In fine (fol. 198[b]): והיתה השלמתו ביום ד׳ כ״ז אדר שנת חמשת אלפים ומאתים ושלשים וארבע לבריאת העולם : « Et fuit finis eius feria quarta, die 27 Adar, a. 5234 (a. C. N. 1474) ». Omnia haec Gersonidis Commenta edita sunt.

Fol. 200. *Averrois, Expositio Aristotelis* [ספר המאמרות] *Libri De Categoriis, interprete Iacobo Antoli.*

Nomen interpretis, quod hic desideratur, legitur in codice nostro A. I. 14, fol. 9. Vide etiam codicem A. VII. 32, fol. 43.

CODEX CXCIII. A. VI. 30.

P. Not. lib. Cal. p. 13, n. 186.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1566) charactere rabbinico italico exaratus constat foliis 278. In-4° min.

Fol. 1. *Exemplar impressum Libri* כוזרי, *Cozari*, ex Veneta editione anni 1547, in-4°.

Fol. 52. *Salomonis ben Iehuda Lunellensis*, חשק שלמה [*Chescek Scelomò*], *Desiderium Salomonis. Comm. in Librum Cozari.*

Incipit praefatio ex auctoris nomine: אמר שלמה בן יהודה לוניל Monet in ea auctor nomen suum vernacula lingua sonare *Salomon Vivas* [ויואש], tum anno ab orbe condito 5084 (a. C. N. 1324), atque decimo tertio aetatis suae animum ad hunc commentarium conscribendum appulisse, iussu magistri sui [פארט מיימון] *Fart Maimon.* Fol. 52^{b} titulus: פי' חשק שלמה על הכוזר ליא' *(sic)*. Commentum incipit: אמר המתרגם והוא ר' יצחק בן קרדניאל המעתיק: Ait nempe interpres libri Cozari *Isaak ben Kardaniel*, varios hunc librum hebraice reddidisse. Sed auctor commentarii monet, se usum esse versione Tibbonidis. Revera fragmenta textus praeposita commentario cum memorata versione consonant. Fol. 226 extat operis conclusio, cui titulus: חתימת הספר. Demum fol. 229, haec legitur epigraphe: ותהי השלמת זה הספר הנכבד פי' הכוזרי חשק שלמה בעזר אלהי עי' צעיר המחוקקים בליל ד' י'ג מרצו שכ'ו לפ'ק: « Et fuit finis huius libri insignis, » commentarii nempe in Cuzari, *Desiderium Salomonis*, noctu feria » quarta, die 13 mensis Martii, a. 326 (a. C. N. 1566) ». Opus ineditum atque ignotum Wolfio et De-Rossio.

Fol. 231. *Abrahami Aben-Ezra*, יסוד מורא וסוד תורה, *Fundamentum timoris et secretum legis.*

Vix primum caput exscribitur. Opus editum.

Fol. 243. פי' ספר יסוד מורא להר' מרדכי כומטינו, *Mardochaei Comtino, Commentarius in librum (Aben Ezra) Fundamentum timoris.*

Ineditus, at in bibliothecis obvius; consule De-Rossium, *Ms. Cod.*, ad cod. 314.

CODEX CXCIV. A. VI. 31.

P. Not. lib. Cal. p. 13, n. 187.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico italico exaratus, constat foliis 170. In-4° min.

Fol. 1. *Davidis Kimchi*, פירוש תהלים, *Commentarius in Psalmos.*

Multae inveniuntur lectionum varietates, si codex cum editionibus conferatur, multa etiam addita, ex quibus nonnulla censores christiani deleverunt, sed non omnino, ut adhuc legi queant.

Fol. 109. *Levi ben Gerson*, פירוש איוב, *Commentarius in Iob.*

Opus notum.

CODEX CXCV. A. VI. 32.

P. Not. lib. Cal. p. 13, n. 188.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus constat foliis 98. In-4° min.

תוספות למסכת נדה, *THOSAFOTH* (Additamenta) ad tractatum *niddàh*, de menstruis (Talm. Babil.).

Folia, quae folio 84 subiiciuntur, alio charactere exarata commentum paullo recentius continent de eodem argumento.

CODEX CXCVI. A. VI. 33.

P. Not. lib. Cal. p. 13, n. 189.

Membranaceus, saec. XV, charactere scriptus rabbinico hispanico constat foliis 258. In-4° min.

Fol. 1. *Averrois*, *Summa Aristotelis de auscultatione physica, quam ex arabico vertit Moses ben Tibbon.*

Edita est Ripae Tridentinae, anno 1560, in-8° parvo, cum titulo: קצורי אבן רשד, *Compendia Averrois* etc.; quam editionem adivi. Ad calcem opusculi in codice nostro (fol. 58b): נשלמו כללי דברי אריסטו' בשמע הטבעי בעזר השם והעתיקו מלשון הגרי ללשון עברי ר' משה בן ר' שמואל ברבי יהודה ז"ל בן תבון מרמון ספרד: « Expliciunt summa capita Aristotelis de auscultatione physica, auxiliante » Deo, quae ex arabica lingua in hebraeam reddidit Moses ben Samuel » ben R. Iehuda fel. mem. ben Tibbon e Rimmon Sefarad (seu Granata » in Hispania) ». Qui locus est nativitatis non Mosis, sed Iehudae. Moses enim erat Montepessulanus. In margine eiusdem fol. 58b adiecta est haec nota ab altera manu: הנה טעה הסופר בשומו ספר זה לפני ספר השמים. . . . : « Perperam librarius hunc librum praeposuit libro » de Coelo et Mundo (v. fol. 73b) . . . ».

Fol. 59. *Averrois*, ספר ההויה וההפסד, *Liber de generatione et corruptione, interprete eodem Mose ben Tibbon.*

Ineditus.

Fol. 73^b. *Averrois*, ספר השמים והעולם, *Liber de coelo et mundo, interprete eodem Mose ben Tibbon.*

Ineditus.

Fol. 110. *Averrois*, הנפש, *De anima* (*Comm. medius*) *interprete eodem Mose ben Tibbon.*

Ineditus. Ad calcem opusculi (fol. 179): « Explicit liber, quem Moses « ben R. Samuel ben R. Iehuda ben Tibbon fel. mem. transtulit ex ara- « bica in hebraicam linguam ». Dein: ונשלמה העתקתו שנת חמשת אלפים ואחת ועשרים ליצירה ל״ג לעומר: « Et finis fuit transla- « tioni eius a. 5021 ab orbe condito (a. C. N. 1261) 33 Omer (sive die 33 « a secundo die paschatis) ». Lege De-Rossi, *Ms. Cod.*, t. III, p. 101 ad cod. 1210; Steinschneider, *Cat. lib. hebr.* etc., p. 1999.

Fol. 180. *Abunasar Alpharabi*, מהות הנפש, *De essentia animae ex versione Zerachiae ben Isaak.*

Idem omnino opus extat in codice nostro A. III. 27, fol. 119. Confer quae ibi moneo.

Fol. 188. *Averrois, tractatus metaphysicus concinnatus ex libris Aristotelis.*

Inc.: כונתנו בזה המאמר שנלקוט המאמרים הכוללים ממאמרי אריסטו המונחים בחכמה מה שאחר הטבע . . . ונספד בכונת זאת החכמה ותיעלתה וחלקה ומזרגתה ויחסה: « Nobis propositum fuit in hoc tractatu colligere rerum summam ex Ari- « stotelis tractatibus de metaphysica, ac disserere de huius scientiae fine, « utilitate, partitionibus, gradu, origine etc. ». His paucis aperte indicatur operis argumentum. Nomen Averrois legitur in fronte opusculi; nullum autem interpretis nomen profertur. Opus tributum est in tres partes, quarum prima quinque numerat מאמרים. Mutilum fine.

CODEX CXCVII. A. VI. 34.

N. p. A. II, 22. Benc. XLVII. Pas. XCVII, t. I, p. 34. Wolf. t. IV, p. 793, n. 361 *b*, p. 855, 912, A. II, 21.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico, non ab eodem semper scriba, sed maxima parte ab eodem exaratus, constat foliis rec. num. notatis 229. In-4° min.

Fol. 1. *R. Ioseph Aben Caspi,* עשודי כסף [*Namudè chesèf*], *Columnae captivitatis. Comm. in Maimonidis Morèh.*

V. Wolf., t. I, III, IV, n. 917. Assem., *Cat. Vat.*, p. 423, cod. XXIV. De-Rossi, *Ms. cod. hebr.*, t. II, p. 149, cod. 755. Steinschn., *Cat.*, p. 1449. Editum.

Fol. 23. *Fragmentum Operis metaphysici in II Partes distincti* (ignoto auctore).

Refellitur in eo quaedam Averrois opinio. Ad fol. 29: כשלם החלק הראשון: . Haec prima pars constat sex foliis. Folio 30 incipit pars II: ההקדמוה הצ״יך *(sic)* אליהם וכו׳ זה החלק השני כחלק בג׳ מקומות כי מכאן עד תחלת ב׳ יג׳ יבאר הג׳ דרושים הראשים והם שהוא נמצא ושאינו גוף: . Haec sint speciminis causa, unde quis auctorem dignoscat.

Fol. 45. *R. Ioseph Aben Caspi,* משכיות כסף [*Mischijoth chesèf*], *Figurae argenteae.*

« Pertinet et ipse ad illustrationem quorumdam locorum Morèh, deque « eo silet Wolfius »; sic De-Rossius. Editum est hoc una cum opusculo, *Columnae* etc. Confer Steinschn., l. c.

Fol. 80. *Eiusdem R. Ioseph Aben Caspi,* מנורת כסף [*Menoràth chesèf*], *Candelabrum argenteum.*

Liber est cabalisticus ineditus. Cap. I: *De creatione et conservatione mundi secundum Mosen ac de diversa huius opinione ab opinione Platonis et Aristotelis.* Cap. II: *De visione Isaiae* (cap. VI). Cap. III: *De*

visione Ezechielis (cap. I). Cap. IV: *De visione Zachariae* (cap. I). Desinit ad fol. 120. Opusculum hoc, nullo indicato auctore, definivit Bencinius, *Ind. ms.*: *De divinitatis throno, de throni eiusdem visione Iesaiae.* Cum vero Bencinius opuscula hoc eodem titulo insignita alibi tribuerit *Mosi Levi Alkabetz*, perperam Wolfius, t. IV, p. 912, n. 1589, illud ex hoc codice (tunc II, 21) recensuit sub nomine *Mosis Levi* etc.

Fol. 121. *Eiusdem R. Ioseph Aben Caspi* גביע כסף [*Gheviañ cheseph*], *Scyphus argenteus.*

In perbrevi praefatione extat nomen auctoris, titulus operis, argumentum, quod est de mysteriis Legis. In ea memorantur etiam alia eiusdem auctoris opera. Opusculum hoc distinctum est in tria et viginti capitula. Desinit autem: « De hoc libro dicere licet, eum esse complementum, eo quod non solum auctor in caeteris huc releget lectores, sed etiam respondeat ad ea, quae de caeteris nonnulli ab illo sciscitati sunt ». In fine: « Expliciunt quaesita mea de libro Geneseos ». Liber ineditus.

Fol. 157. *Eiusdem R. Ioseph Aben Caspi*, ספר מוסר, *Liber moralis (qui dicitur etiam* צואה כספי [*Tzoath Caspì*], Eductio *Caspiana vel argentea*).

Titulus est huiusmodi: ספר המוסר אשר שלח החכם האלהי ר' יוסף אבן כספי אל בחור ר' שלמה בנו לבלנסיה: « Liber moralis, quem misit sapiens divinus R. Ioseph Aben Caspi ad iuvenem R. Salomonem filium suum Valentiam ». Sic codex; titulum corrige ex ipsa praefatione: *quem misit* . . . . . *Terascone* (ubi auctor morabatur) *Valentiam*. Narrat auctor in praefatione itinera sua in Cataloniam et Aragoniam. Liber est ineditus; perperam Pasinus ignotum adfirmat Wolfio, qui primus ex hoc ipso codice illum recensuit t. IV, p. 855. Confer praesertim De-Rossi, *Ms. Cod. hebr.*, t. I, p. 66, cod. 102, II, p. 148, cod. 755.

Fol. 165. *Eiusdem R. Ioseph Aben Caspi*, שלחן כסף [*Sciulchàn chesèf*], *Mensa, seu trapeza argentea.*

Liber est ineditus. Dividitur, aeque ac τράπεζα, in quatuor partes, quae vocantur *pedes*. Agitur in eo de praestantia linguae hebraicae. In praefa-

tione memoratur quidam Episcopus nomine, uti videtur, *Masininus*, hebraicae linguae peritissimus. Hoc opus, quod ignotum fuit Wolfio, ex ipso codice nostro fuse describit simulque ex eo edidit varia excerpta De-Rossius in libro: *De praecipuis caussis neglectae hebraicarum litterarum disciplinae*, p. 61.

Fol. 208. *Abraham Aben Ezra* יסוד מורא וסוד תורה, *Fundamentum timoris et arcanum legis.*

Liber est theologicus. Editus. Confer: Wolf., t. I, p. 78, III, p. 49; De-Rossi, *Ms. cod. hebr.*, t. I, p. 172, cod. 314, n. 2; Steinschneider, *Cat. lib. hebr.*, p. 684, n. 49.

Fol. 219. זאת היא האגרת אשר שלח [אברהם] קלויזנער אל החכם מנחם אגלצר ותשובתו נקרא הספר בת' היחוד ודרך החיים: *Haec est epistola, quam misit [Abraham] Klausner ad sapientem Menachem Aglaar*; vocatus est liber: *Epist. unitatis et viae vitae.*

Hae sunt procul dubio epistolae, quas De-Rossius ex codice suo 755, t. II, p. 148 recenset sic: 1° *Abraham Klosnir Epistola de unitate ad R. Menachem Aglar.* 2° *R. Menachem Aglar Epistola responsoria, inscripta* Via vitae *ad R. Abr. Klosnir*. Verum non dubito, quin *Klosnir* apud De-Rossium, et קלויזנער in codice nostro parum varia orthographia sit vulgatum nomen קלויזנר, et auctor sit *Abraham Klausner*, cuius opus rituale memorant Wolfius, t. I, III, n. 149, et Steinschn., p. 697. Huic nomini praemissa est in codice vox lectu difficilis, quam debeo coniicere *Abraham*, sed certe non lego. Fallitur Pasinus scribendo: Epistola *Ascer Kalisnaphar ad Menachem Eglaphar*. Nimirum, omisso verbo שלח, quod legere nequivit, pronomen *Ascer* existimavit nomen, nec recte legit לדרך; והוא; אגלפר; קליזנפר: pro ודרך; נקרא; אגלצר; קליזנער; Male etiam Bencinius; v. Wolf., t. IV, p. 855.

Fol. 225. *Tabella ad invenienda solstitia atque aequinoctia, ex Emanuelis ben Iacob libro alarum.*

Ad calcem tabellae: אמר עמאנואל בן יעקב בעל הכנפים וכו'
Confer codicem nostrum A. IV. 14 et cod. A. VI. 19.

Fol. 227. *Animadversio ad primam paragr. tract. Beracoth.*
Fol. 229. זה הספר מבוא התלמוד לרבי שמואל הנגיד ז"ל. *Liber introductionis in Talmud R. Samuelis Naghid.*

Opus editum. V. Steinschneider, p. 2471. Sed in codice nostro vix unum folium.

CODEX CXCVIII. A. VI. 35.

N. p. A. I, 6. Benc. VI. Pas. LXII, t. I, p. 23. Wolf. t. IV, p. 854.

Chartaceus, saec. XVI exeunte, charactere rabbinico exaratus constat foliis rec. num. notatis 90. In-4° min. Codex male affectus ex humido loco.

COMMENTARIUS IN TRACTATUM TALMUDICUM PIRKÈ AVOTH, nullo indicato auctore.

Priores lineae in primo folio recto evanuerunt temporis et acquae iniuria. En operis specimen ex eodem folio verso ad haec verba: ומסרה ליהושע נקראת הקבלה מסורת לרמוז כי אין המתנה הזאת כשאר המתנות שלא יעברו מן המקבלים אבל המקבל יקבלה בתנאי שימסרנה גם הוא לאחר: . Bencinius, nescio qua auctoritate, et Pasinus ex Bencinii auctoritate, uti puto, hunc tractatum tribuunt R. Iosepho Iañabetz. Imo Bencinius (vide Wolf., t. IV, p. 854) haec notat: » R. Iosephi Ianbez Concionatoris Adrianopolitani Commen-» taria in Tractatum Abhodè sub Solimano Turcarum Principe. Com-» mentatio incoepta est anno creationis 5315 mense Scevat ». Ex hisce, quae ex codice eruta esse ratus est Steinschneiderus, *Cat.*, p. 1474 ad vocem *Iosef Iaabez*, arguit, codicem nostrum ex libro excuso Adrianopoli in-4° descriptum esse. Sed animadvertendum est, Bencinium non codicem, sed suam sententiam protulisse. Utrum hoc opus sit Iosephi Ia abetz, nec ne, certiores fiant, qui editionem cum brevi specimine nostro contulerint.

CODEX CXCIX. A. VI. 36.

N. p. A. V, 15. Benc. CXLIV. Pas. CXXXII, t. I, p. 48. Wolf. t. IV, p. 835, A. V, 14.

Chartaceus, saec. XVI, vario charactere eoque semper italico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 213. In-4° min.

Fol. 1. *Iehudae Chaiiat* (חיי״ט). *Liber* מנחת יהודה [*Minchath Iehudàh*], *Oblatio Iehudae. Comm. in Peretz ben Isaak* מערכת האלהות, *Ordo Divinitatis.*

Opus editum una cum textu R. Peretz, Mantuae et Ferrariae, 1558, in-4°. V. Wolf., t. I, p. 427, IV, p. 835. De-Rossi, *De typ. hebr. Ferrar.*, p. 44. Steinschn., *Cat.*, p. 1300.

Fol. 157. *Excerpta varia ex Zohar.*

CODEX CC. A. VI. 37.

N. p. A. I, 36. Benc. CLXXXI. Pas. LXXXII, t. I, p. 28.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico a duobus librariis exaratus, constat foliis rec. num. notatis 221. In-4° min. Mutilus initio et fine, ac passim, codex pessime etiam se habet ob folia superius maculata, ut saepe legi nequeant. Continet *Opuscula medica.*

Fol. 1. *Tractatus de medicina et chirurgia, sed praecipue pharmaceuticus.*

Desideratur initium et vix pauca sub finem legi possunt.

Fol. 25. *Alter tractatus medicus.*

Neque huius legitur titulus, et caetera valde sunt maculis obruta.

Fol. 113. *Iohannis Iacobi* [נואן נקמי], *Cancellarii Academiae Montis Pessulani* [סוד פרטיקה], *Secretum practicae* (*medicae*), *hebraice reddita*.

Priora verba evanuerunt male affecta ab humido loco. Verum lin. 15 legimus: « Cum fieri nequit, ut medici libros omnes de medicina sibi « comparent, [אני נואן נקמי קנסיליר מהרופאים ממונפשלייר] « *Ego Ioannes Iacobi Cancellarius Medicorum* Montis Pessulani (Mont- « pellier) concinnavi ex Galeno, Avicenna, Razi, [אליסכנטרי] Alexandro « hoc compendium, [וקראתי שם זה החיבור סוד הפרטיקה] « et titulum ei apposui *Secretum practicae* ». Idem opus, cum titulo: סוד המלאכה, *Secretum artis*, ex diversa interpretatione, extat in codice nostro CXLVII. A. V. 28, fol. 132. Iam vero nullum dubium esse potest, quin hic Cancellarius נואן נקמי sit *Jean Jacques (Gian Giacomo)*, qui floruit anno 1364, Cancellarii munere functus est, ac reapse composuit opus, cui titulus latine in codicibus ms. modo *Thesaurarium*, modo *Secretarium medicinae* dicitur.

Fol. 200. *Fragmentum operis medici.*

Fol. 204. *Aliud fragmentum operis anatomici.*

CODEX CCI. A. VI. 38.

P. Not. lib. Cal. p. 13, n. 194.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1508), charactere rabbinico italico exaratus, constat foliis 150. In-4° min.

Fol. 1. ס' בראשית מחיבור לבנת הספיר. *Liber Geneseos ex opere, cui titulus Livnath hassafir* (*Pavimentum Sapphirinum*).

Inc.: הדין ספרא לא המסר יתיה לבר נש. Anonymus auctor librum cabalisticum conscripserat in universam legem, quem in Biblio-

theca Oppenheimeriana delitescere testatur Wolfius, t. II et III, *Anonym.*, n. 282. Calusianus codex solam Genesim sistit. Ad calcem hanc habes epigraphen (fol. 145*b*): נשלם ס' בראשית מחבור לבנת הספיר . . . . . ונשלם יום ראשון י'ג ימים לירח טבת בסרקוסטא שנת הפה ליצירה שהיא שנת חמשת לשמיטה ושנת מ'ז ביובל ושנת אלף ומאתים וחמשים ושבע לחרבן בית אלהינו ה'יע'בב ושנת עשרים לגלוה ראשון של אחינו הצפרתים: נכתב ונחתם על יד הצעיר אברהם סבע ז' ימים לחדש כסלו שנה חמשת אלפים ור'סח ליצירה בטלימיסין:
„ Explicit liber Geneseos ex tractatu *Livnath hassafir* . . . . . absolu-
„ tusque fuit feria prima, die 13 Teveth, in urbe Saragozza, anno ab
„ orbe condito 5085 (a. C. N. 1325), qui annus est quintus ab intermis-
„ sione sabbatica, et quadragesimus septimus Iubilaei, et millesimus
„ ducentesimus quinquagesimus septimus ab eversione domus sanctae, et
„ vigesimus a prima transmigratione nostrorum fratrum Gallorum. Liber
„ descriptus et absolutus fuit manu Abrahami Seba die 7 Chislev, a. 5268
„ (a. C. N. 1508) in Tlemisin vel Talmisan „, uti scribit De-Rossius.

Fol. 146. תוספתא בפ' בראשית. *Additamentum ad Parasciàh Berescith (et Vairàh).*

CODEX CCII. A. VI. 39.

N. p. A. II, 24. Benc. XLIX. Pas. XCVIII, t. I, p. 35.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico germanico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 186. In-4° min. Male compactus, ita ut folia 1-14 sus deque posita sint.

COLLECTANEA MEDICA, literis hebraicis et lingua germanica conscripta.

Lectu et intellectu satis difficilia, et parvi momenti.

CODEX CCIII. A. VI. 40.

N. p. A. I, 22. Benc. XXII. Pas. LXIX, t. I, p. 25.

Chartaceus, saec. XIV, charactere hebraeo-hispano conscriptus, constat foliis rec. num. notatis 84. In-4° parvo. Male compactus, ac mutilus initio.

AVERROIS, Compendium libri Aristotelis de Coelo et Mundo, a R. Salomone Aben Iob (*Ibn Ajub*) hebraice redditum. Sunt adnotationes in margine.

In fine autem: והיתה השלמתי בעשייה הביאור הזה יום שני המשלם עשרים לחדש רגב שנת תקסו לחשבון ישמעאלים וזה בעת היותי באשביליאה: אני שלמה בן איוב הספרדי זצל השלמתי העתקת זה הספר והוא ספר השמים והעולם לארסטו' ביאור החכם אבן רשד בשנת חמשת אלפים ותשע עשרה ליצירה במדינת בדרש: « Et fuit finis in perfectione Expositionis huius » die 2 (...?) 20 mensis Rageb, anno 566 secundum computationem Ismaë- » litarum (a. C. N. 1170), quo tempore Hispali commorabar. Ego Salomon » filius Iobi hispani f. m. absolvi translationem huius libri, qui est liber » de Coelo et Mundo Aristotelis ex expositione Aben Rasciad (Averrois) » anno ab orbe condito 5019 (a. C. N. 1259) in civitate Badras ». Recenset hoc opus Wolfius, t. III, p. 14, rectius De-Rossius, *Ms. cod. hebr.*, t. I, p. 112, cod. 171. Ibi hanc codicis nostri epigraphen De-Rossius refert, emendatque Pasinum, qui rursus emendandus mihi visus est. Idem opus continetur in cod. nostro XIV. A. I. 14 ad fol. 406.

CODEX CCIV. A. VI. 41.

N. p. A. I, 3. Benc. III. Pas. LX, t. I, p. 22. Wolf. t. IV, p. 783, n. 256.

Partim membranaceus, partim chartaceus, saec. XIV (a. 1386), charactere rabbinico ab Elia ben David exaratus, constat foliis rec. num. notatis 62. In-4° min.

Fol. 1. *Tractatus moralis.*

Una cum primo folio excidisse videntur titulus operis et nomen auctoris, in quae frustra inquisivi. Priora quae nunc leguntur verba haec sunt: אתה בן אדם אפר דם מרה זכור אל תשכח כי עפר אתה: In primo capite (seu fortasse praefatione) agitur de poenitentia; in unoquoque ex reliquis שערים, quae numeravi quinque et triginta, peculiaris quaedam virtus illustratur. Non est igitur tractatus de poenitentia, sed moralis. In fine (fol. 29*b*): תם ונשלם שבח לבורא עולם בשנת קמו לפרט על ידי אליהו לבי בכר דוד נבתויא וכו: „ Explicit, „ laus conditori orbis, anno 146 min. supp. (a. C. N. 1386) per manus „ Eliae, qui felix sit (?) fil. eximii R. David, cuius anima sit in felicitate „ et cuius semen haereditet terram etc. „. Manus ignota et satis antiqua, inscripsit folio primo: *R. Iacobi Hilcot Tescufa.* Hinc Pasinus suspicatur esse אגרת התשובה, quam epistolam alii *Iacobo Tam*, alii *Ionae Gerundensi* tribuunt. Non ecquidem editionem vidi, sed ex libri argumento et a bibliographis colligo diversum opus esse. Vox נבתויא punctis notata est, neque igitur nomen proprium *Nautoja*, sed est compendium verborum: נפשו בטוב תליך וזרעו יירש ארץ. Non ita mihi comperta est vox compendiosa: לבי. Memorat hunc codicem Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr.*, p. 1854.

Fol. 30. *R. Mosis De Leon ben Scem Tov*, הסודות, *Hassodoth, Arcana* (*aliter* משכן העדות, *Tabernaculum foederis vel testimonii*). *Liber cabalisticus.*

Titulus: ספר הסדות מהחכם ר' משה מעיר ליאון ז'ל על דרך הקבלה:. Sequuntur argumenta quinque partium, in quas distinctum est opus. Praefatio incipit (fol. 30*b*) hisce verbis Exodi c. XXXVIII, v. 21: אלה פקודי המשכן משכן העדות אשר פקד על פי משה עבודת הלוים:. Dein haec de se auctor habet: אני משה בר' שם טוב מעיר ליאון חברתי הספר הזה בשנת ע'ג לפרט היצירה בעיר ובירה אחרי אשר חברתי ספרים אחרים בעיר ואדאל חיגרא:. „ Ego Moses fil. R. Scem Tov de urbe Leon com- „ posui hunc librum anno 53 min. supp. (a. C. N. 1293) in urbe ובירה, „ post quam composueram alios libros in urbe Guadalaxara „. Nomen ובירה legitur etiam in aliis codicibus et est urbs incerta. Ad calcem

codicis: כשלם זה הספר מן סודות החכמה על ידי אליהו לְבִּי בְּכֹר דוד נִבְתְּוִיא בעיר ליעי בשנת חמש אלפים וְקֵם שבט וכו׳:
" Explicit hic liber Arcanorum Sapientiae per manus Eliae, qui felix sit (?), " fil. eximii R. David, cuius anima sit in felicitate etc., in urbe ליצי " (Licei, Liège?) a. 5146 (a. C. N. 1386) ". Ex praemisso versu Exodi de tabernaculo foederis, ex urbe וביירה, ubi opus compositum est, aliisque adiunctis, patet quod iam adfirmaverat Steinschneid., *Cat.*, p. 1850, n. 8, הסדוה et משכן העדות unum idemque opus esse sub vario titulo, ac diversum ab opere משקל החכמה, uti arguerat Pasinus. Non recte idem Pasinus habet annum 140 pro 146, nec recte iterum ***Nautoia***. Vide supra ad fol. 1. Opus est ineditum.

CODEX CCV. A. VI. 42.

N. p. A. II, 14. Benc. XXXIX. Pas. XCII, t. I, p. 33.

Chartaceus, saec. XV, minuto charactere italico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 36. In-4° min.

RASCÌ, seu R. SALOMO ISAAK, Commentarius in tract. Talmudicum שבועות, *De iuramentis*.

Non tractatus, uti habet Pasinus, sed comm. in Tractatum Talmudicum, qualis extat in editionibus Talmudis. Desideratur in codice nomen auctoris; sed valde innotuit.

CODEX CCVI. A. VI. 43.

N. p. A. V, 11. Benc. CXL. Pas. CXXX, t. I, p. 48. Wolf. t. IV, p. 927, A. V. 10.

Chartaceus, saec. XIV (a. 1342), charactere arabico seu hispano, constat foliis rec. num. notatis 134. In-4° min.

ARISTOTELIS, De physico auditu libri IV priores ex anonymi versione, cum commentis in margine R. Mosis [דבילקייר] *De-Belker*, seu forte *Falkera*.

Liber I incipit: אמר ארסטו׳ למה שחיה ענין והאמת בכל הדרכים אשר להם התחלות או סבות: Ad calcem operis: והנה נשלם חלק הראשון מספר השמע ובו ד׳ מאמרים יבא אחריו החלק השני אשר בו ארבעה מאמרים אחרים: " Et ecce explicit pars prima Operis de physico auditu, quae constat " quatuor libris. Veniet postea pars altera quae constat aliis quatuor " libris ". Haec secunda pars desideratur. Dein fol. 133: בשנת חמשת אלפים ומאה ושתים בששי בשבת בראשון לירח אדר כתבתי וסיימתי אני אשר כהן בן אברהם הכהן . . . אלה הארבעה מאמרים מספר השמע הטבעי לארסטו׳ והפרושים אשר בגליו הוא קצור השר הנעלה הפילוסוף ר׳ משה דבילקייר נ״ע מקום תחינתו היה שילק מפירוש בן רש״ד הארוך למען ירוץ הקורא בו: " Anno 5102 (a. C. N. 1342) die sexto hebdomadae, primo mensis Adar, " scripsi et absolvi ego Ascer Cohen ben Abraham Cohen . . . . . hos " quatuor libros ex Aristotelis opere de physico auditu; et commenta, " quae sunt in margine, in compendium redacta fuerunt ab eximio phi- " losopho Mose De-Belcher (Falkera?), cui locus habitationis fuit שילק " (Scilak?), ex fusiori commento Aben Roscd, ut commodiora evadant " lectori ". Bencinius (apud Wolfium, t. IV, p. 927) pro *Ascer Cohen* legit *Meschullam*, quem *Libros IV Aristotelis de rebus naturalibus cum scholiis R. Mosis Belchiez hebraice convertisse* ait. Sed est librarius. Ex Pasino Steinschneiderus, *Cat.*, p. 2265, legens *Mosen* דפלקירא suspicatur, esse patrem Tanchumi. Sed in codice nomen est דבילקייר. Nescio, an idem sit nomen varie scriptum.

CODEX CCVII. A. VI. 44.

N. p. A. III, 21. Benc. XCVI. Pas. CXVI, t. I, p. 42. Wolf. t. IV, p. 1042, n. 1714.

Membranaceus, saec. XIV (a. 1394), ab una eademque manu charactere rabbinico ad formam quadratam accedente exaratus, constat foliis rec. num. notatis 123. In-4° min.

פענח רזא, REVELATOR SECRETORUM (seu Commentarii in Pentateuchum, auctore fortasse Isaaco ben Iehuda Levi). Cum notis in margine.

Sunt commentarii tres breviores, quorum non indicatur auctor. Modo ad calcem tertii legitur titulus memoratus, sed ad duos etiam superiores illum retuli, eo quod tres commentarii videantur partes unius operis, in quo varie ab uno auctore Pentateuchus illustratur. Ex titulo, quem Bencinius refert latine *Manifestatio secretorum*, Wolfius, t. IV, p. 1042 arguit opus גלי רזיא. Verius, sed non omnino diligenter, Pasinus: פענה רזין Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2057, non dubitat, quin in codice nostro contineatur opus *Isaaci b. Iehuda Levi*, quod bis prodiit. Id mihi verisimile videtur, nec tamen adfirmare audeo. Non enim editionem vidi, atque ex bibliographis colligo quidem, commentarium Iehudae Levi, aeque ac codicem nostrum, partim esse litteralem, partim moralem, seu cabalisticum, sed non reperi in praefatione memoratos esse R. Nissim, Iehudam Chasid, Isaacum Aurelianensem, sicuti illi monent. Ad haec neque reperi verba illa, quae in eius operis speciminibus ex codice Vat. XLVIII ediderunt Assemani, *Cat.*, p. 37. Remanet, ut paullo diligentiorem codicis notitiam exhibeam. Iudicent alii.

Fol. 1. *Opusculum I.*

Inc.: בראשית פתח בב' על שם ב' תורות תורה שבכתב ושבעל פה ובזכותם נברא העולם:. Tum in commento, tum in notis sermo est saepissime de litteris initialibus et desinentibus, sive ראשי תיבות וסופי תיבות: et נוטריקון. Quaedam animadversiones huius generis sunt perpulchrae.

Fol. 90. *Opusculum II.*

Inc.: בראשית ויהי אדם לנפש חיה תימה והא בשאר נמי נאמר נפש חיה:. Iterum commentum spectat totum Pentateuchum.

Fol. 93. *Opusculum III.*

Inc.: בראשית ז' דין בראשית ממלכת יהויקים בראשית ממלכת צדקיה:. Animadvertendum est, auctorem in superiori et in

hoc opusculo, quamvis sint perbrevia, pauca sane de unoquoque Parasciàh proferre, aliquid tamen de singulis. In fine: סיימתי זה פענח רזין טו׳ בתמוז קנ״ד לפרט בראשון יום שבה ליהוה דר במרום היד (sic) נתן בר׳ משה הכהן: » Absolvi hunc librum Revelator » Secretorum, die 15 Tamuz, a. 154, min. supp. (a. C. N. 1394) die primo per » manum Nathan fil. R. Mosis Cohen ».

CODEX CCVIII. A. VI. 45.

P. Not. lib. Cal. p. 14, n. 201.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 74. In-4° min.

Fol. 1. פי׳ מגלת אסתר לראב״ע, *Commentarius in librum Esther R. Abrahami Aben Ezra.*

Inc.: נאם אברהם הספרדי הנקרא ן׳ עזרא אין עזרה כי אם מן השם.

Fol. 7ᵇ. *Eiusdem Aben Ezra,* פי׳ שיר השרים, *Commentarius in Ruth.*

Fol. 18ᵇ. *Eiusdem Aben Ezra,* פירוש איכה, *Commentarius in Threnos.*

Fol. 25. *Eiusdem Aben Ezra, Comm. in* קהלת, *Ecclesiasten.*

Folio 50 occurrit epigraphe, qua liber absolutus dicitur a. 4900 (a. C. N. 1140), quae nota de libro ab Aben Ezra conscripto intelligenda est.

Fol. 50ᵇ. פירוש ספר דניאל, *Commentarius in Danielem (eiusdem Aben Ezra).*

Fol. 59. פי׳ ההגדה להחכם הה״ר שם טוב, *R. Scem Tov, Commentarius in Agadàh.*

Inc.: הא לחמא עניא מפני שהיו אבותינו בבבל ובשאר ארצות מבינים לשון ארמי: « Fortasse, ait A. Peyron, est fragmentum libri Pardes rimonim, in quo auctor Scem Tov filius Isaaci fuse exposuit Agadoth ». Si tamen opusculum conferas cum editione, quae prodiit Sabionetae, 1554, in-4°, opus diversum apparet, ita ut potius videatur fragmentum ex eo opere concinnatum.

Fol. 69ᵇ. פי' הגדות להרמב"ם, *Maimonidis Commentarius in Agadoth.*

Vix in codice pars prima Agadàh, nempe usque ad בא"י גאל ישראל.

CODEX CCIX. A. VI. 46.

P. Not. lib. Cal. p. 14, n. 202.

Chartaceus, saec. XV, charactere scriptus rabbinico italico, constat foliis 90. In-4° min.

Fol. 1. *Iescuae Levi ben R. Iosè (sic)*, הליכות עולם, *Itinera mundi.*

Saepe edita et latine conversa a L'Empereur. In codicis nostri titulo nomen auctoris: ישועה הלוי בר' יוסי הלוי.

Fol. 44. מספר כריתות, *Excerpta ex libro Cherithuth (Foederis).*

Liber Cherithuth auctorem habet Samson Kenon, de quo Wolf., t. I, n. 2210; De-Rossi, *Diz.*, I, 183, et *Ann. typ.*, ab a. MDI, p. 10, n. 32; Steinschn., *Cat. lib. hebr.*, p. 2633. Verum in iis, quae in codice nostro veniunt, agitur potissimum de tredecim regulis, quibus Lex interpretanda est secundum R. Ismaëlem.

Fol. 51. אלה חדושי הרב מהר"ר יוסף קולון זצ"ל בהלכות חמץ ומצה בסמ"ג:, *Hae sunt novae adnotationes R. Iosephi*

Kolon in Decisiones de fermentato et azymo libri maximi praeceptorum.

Textus Mosis Kotzensis (seu ex *Coucy*) singulis adnotationibus praemittitur. De Iosepho Kolon lege Wolfium, t. I, III, n. 965; De-Rossium, *Diz.*, I, 192; Steinschn., l. c., p. 1500. Nemo tamen memorat laudata *Chidduscim*.

Fol. 68. ואלה הם חדושי כ'מ'ה'ר משה לטיף יצ'ו בהלכות חמץ ומצה:, *R. Mosis Latef*, *Novae adnotationes in Decisiones de fermentato et azymo.*

Ex opusculi exordio patet, hasce adnotationes respicere librum Mosis ex Couçy, vulgo Kotzensis. Auctorem Mosem Hierosolymitanum fuisse, eiusque *conciones* magno in pretio habitas, adfirmat Wolfius, I, n. 1591; verum ipsi, non secus ac caeteris bibliographis incomperta fuit haec elucubratio.

Fol. 80. *Anonymi*, חדושים, *Novae adnotationes in varia Decisiones.*

Incipit opusculum a regula de sono [שופר] tubae, dein in *Chanucà*, in *Chamez umazzà* etc. Has quoque putaverim respicere librum Mosis ex Couçy. Eae inscribuntur ס' מלכי צדק, *Liber Melchisedeci;* sed a sequiori manu profecta est haec epigraphe, aeque ac caeterae inscriptiones τῶν *Chidduscin* superius recensitorum.

CODEX CCX. A. VI. 47.

P. Not. lib. Cal. p. 14, n. 203.

Chartaceus, ineunte saec. XVI (a. 1509), charactere rabbinico exaratus, constat foliis 125, ex quibus aliquot sunt vacua. In-4° min. Nomen antiqui, uti videtur, possessoris: חיים טריווש, *Chaijm* (Vita) *Treves* legitur in primo folio verso.

SALOMONIS BEN ISAAK, vulgo Rascì, Commentarius in tractatus Talmudicos, qui sequuntur:

— fol. 2. *Becoroth.*

— fol. 56^b. *Themuràh.*

— fol. 92. *Hyacinthinum* (seu התכלת, quod est caput IV libri Menacoth).

— fol. 108. *Kinnim.*

— fol. 121. *Hakhometz rabbà* (seu caput III Menacoth), sed vix initium.

— fol. 125. *Comm. anonymi in Iob.* Vix unum folium.

Ad calcem tractatus Becoroth (fol. 86) aliquot versibus insertum est: בחדש אדר רסט׳:, *mense Adar 269* (1509); quae videtur librarii nota. De codice hoc iudicium retulit Calusius in primo folio verso: « Haec « interpretatio est Isacidae, sed pluribus insertis, quae in eius interpreta- « tione edita in ora interiore Talmudis non leguntur, ut adeo hic habeatur « explicatior illustratio ».

CODEX CCXI. A. VI. 48.

P. Not. lib. Cal. p. 14, n. 204.

Chartaceus, saec. XV (a. 1433), charactere rabbinico hispanico lectu difficillimo exaratus, constat foliis 164. In-4° min.

Fol. 1. *Tractatus de anima hebraice versus ex arabico a R. Iacobo ben Machir.*

Quaedam desunt initio. Auctor non indicatur in codice. Illum nominant Aristotelem clarissimus Amadeus Peyron in *Not. lib. Cal.*, et Israël Treves in indice ms., de quo monui in praefatione. Verum exhibetur elucubratiuncula de anima, ab arabico, uti videtur, scriptore concinnata ex Aristotelis opere, atque in septem et viginti פרקים distributa. Interpretis hebraei nomen legitur (fol. 19^b) in hac epigraphe: נשלם הספר ותהלה

לאל רב' העולמים והעתיקו החכם הפילוסוף ר' יעקב החכם ר' מכיר ז'ל: „ Explicit liber, et sit laus Deo saeculorum „ principi, et transtulit illum sapiens philosophus R. Iacob ben Machir „ fel. mem. „. Plura de Iacobo ben Machir habent Wolfius, De-Rossius et Steinschneiderus; at nemo hanc versionem memorat.

Fol. 22. *Maimonidis Logica, seu de vocabulis Logicae, in XIV sect. tributa, interprete Mose ben Tibbon.*

Deest titulus. Opus editum.

Fol. 37. *Quinque Capitula Abunasaris Alpharabi in tractatum Logices (Aristotelis).*

Titulum hunc ex epigraphe descripsi. Caput primum incipit: המלות המורגלות בכל מלא' וכו': In fine (fol. 41*b*): נשלמו חמשת הפרקים לאבונצר אלפארבי במלאכת ההגיון: „ Expliciunt „ quinque Capitula Abunasaris Alpharabi in opus Logicae „. Abunasarem de Aristotele optime meritum esse tradunt De-Rossius, *Diz. Aut. Arabi*, p. 73, Casirius, aliique bibliothecarum catalogi; nuspiam tamen vidi hunc operis titulum.

Fol. 42*b*. *Aristotelis Logica.*

Nuspiam apparet interpretis nomen. Incipit: אמר ארסטו' בספר הגיון כי הגיון נותן דרך.

Fol. 57. ביאור בן רשד מספר הויה והפסד לארסטו', *Averrois, Expositio in Aristotelis librum de generatione et corruptione (in duo* מאמרים *distincta, interprete Kalonymo fil. Kalonymi).*

Desideratur in hoc codice nomen interpretis, quod didici ex altero codice A. I. 14, fol. 436*b* q. v.

Fol. 106. ביאור אבן רשד לספר אותות עליונות לארסטו', *Averrois, Expositio libri Aristotelis Meteorologicorum (in IV* מאמרים *tributa, interprete eodem Kalonymo).*

In fine (fol. 164) haec occurrit epigraphe: כשלמה העתקת ביאור אותות העליונות לארסטו׳ ביאור בן רשד בר״ח מרחשון ע״ז לפרט והעתקתיו אני קלונימוס בר׳ קלונימוס בעיר ארלדי לשלשים משנותי ישתבח העוזר ויתעלה:. « Explicit versio Expositionis Meteorologicorum Aristotelis, nempe Expositionis Aben Roscd, » die prima Marchescvan, a. 77 min. supp. (a. C. N. 1316). Illamque verti » ego Kalonymus filius Kalonymi in urbe Arelati (Arles), anno aetatis » meae trigesimo ». Totis litteris scribitur: *anno aetatis meae trigesimo;* fortasse verbi quidpiam deest, namque codex Iablonskianus monet, Kalonymum anno aetatis suae trigesimo tertio hanc versionem Meteorologicorum absolvisse. Lege Wolfium, t. III, p. 14. Huic altera librarii epigraphe subiicitur: אני נתנאל ב״ר מתתיה סיימתי העתקת זה הספר מאותות עליונות אמצעי היום כ״א לחדש אדר ראשון שנת קצ״ג לפרט האלף הששי ליצירה:. « Ego Nathanaël filius » Mathathiae absolvi exemplar huius libri Meteorologicorum, hora meri- » diana diei 21 mensis Adar primi, a. 193 min. supp. (a. C. N. 1433) ». Idem librarius exscripsit codicem nostrum CXLI. A. V. 21. Duo postrema folia exhibent sententias quasdam ex Aristotele et Maimonide excerptas.

CODEX CCXII. A. VI. 49.

N. p. A. I, 25. Benc. XXV. Pas. LXXII, t. I, p. 26. Wolf. t. IV, p. 952, A. I. 24.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 92. In-4° min.

Fol. 1. *Brevis tractatus astrologicus ex Ptolemaeo, nullo indicato auctoris nomine.*

Inc.: אמר בטולמיוס כי הלבנה קרה וכו׳. Constat opusculum duodecim iisque brevissimis שערים. Bencinius in *Cat. ms.* (et apud Wolfium t. IV, p. 952) hoc a sequentibus opusculis minime distinxit, atque definivit: *De natura Astrorum et eorum influxu, de circulis coelestibus* etc. Illud Ptolemaeo tribuit. Pasinus exscripsit omnino Bencinii catalogum, hoc solo discrimine, quod habet: *absque titulo et auctoris nomine.*

Fol. 5. *Anonymi, Opus metaphysicum ex arabico sermone (fortasse a Salomone Daud) hebraice redditum.*

Pro titulo haec leguntur: לחכם הגדול הרב המנהג המנוח ומכלול ר' שלמה דאור: . Equidem aperte lego דאור, cui superimposita est lineola, ornatus instar, non iam signum vocis compendiosae; sed fortasse legere etiam licet דאוד. Verba quidem perspicue legisse videor, sed dubitanter reddo: « Sapienti magno, magistro, duci, quietis et perfectionis « compendio R. Salomoni Daur ». Incipit praefatio: אמר המחבר מתנאי המעתיק לדעת את שתי הלשונות אשר יעתיק מהם ואליהם: « Dicit auctor: Inter officia optimi interpretis est nosse duas linguas, al- « teram nempe, ex qua reddit, alteram, in quam vertit etc. ». Sub finem praefationis: ואני מלשון הערבים אל לשון העבריים אותה העתקתיה: . « Et ego (*nullum nomen indicatur*) e lingua Arabum in « linguam Hebraeorum verti etc. ». Sequitur breve carmen. Incipit opus fol. 6, ubi in primis de anima sermo est. Non est tamen Averrois Expositio de anima; nescio, an aliud eiusdem opus. Iam vero colligo ex Steinschneidero, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2267 ad vocem ***Salomo b. Abraham Abigdor*** extitisse quemdam ***Salomo b. Abr. Ibn Daud interpretem ex arabico incertae aetatis.*** Suspicor igitur, reapse in codice pro eo quod mihi videtur ***Daur***, legendum esse ***Daud***, atque hunc Salomonem Daud, cui putaveram librum inscribi ex iis verbis ***Sapienti magno*** etc., esse, cui interpretatio a librario tribuitur, ita ut potius reddere debuissem: ***Sapientis magni*** etc.

Fol. 29. *Abrahami ben Chiia Hispani* צורת הארץ, *Figura terrae.*

Inc.: בשם האל האלהי העולם וכו' אמר אברהם בר' חייא הספרדי ברוך י': . Idem opus extat ad fol 17, cod. CCXV, A. VII. 3. Editum pluries. Confer Steinschn., *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 673. Silent de hoc opusculo Bencinius et Pasinus. Ad calcem codicis: כותב משה בר' אברהם בר' נחמיה פוא: . « Scriba Moses ben R. Abraham « ben R. Nehemia Foa ».

CODEX CCXIII. A. VII. 1.

N. p. A, II, 27. Benc. LII. Pas. CI, t. I, p. 37. Wolf. t. IV, p. 753, 855, 926, A. II. 26.

Chartaceus, saec. XV et XVI, charactere rabbinico, varia manu exaratus constat foliis rec. num. notatis 122. Praeter vacua non notata. In-4° min.

Fol. 1. אגרת חי בן מקי׳ץ. *Epistola Chai ben Mekitz* [*Vivens filius expergefacientis*], *nempe parabolae vel proverbia* [משלים] *arabica*, *cum Avicennae commento, hebraice reddita a Mose, cuius non indicatur cognomen.*

Pars codicis, quae opusculum tenet (fol. 1-18), exarata mihi videtur saec. XV. Nullo praemisso titulo, nec tamen mutilum opus incipit sic: לא מאהבת התנשא ותשוקה ההתגדר בהיותי מחבר חבורים ... ולא להניף יד וראש להרים אני מעתיק ספרים: Compertum fit ex praefatione, epistolam hanc ex alia lingua translatam esse, atque ipsam praefationem ab interprete adiectam esse. Revera haec inter alia leguntur (fol. 1, lin. 9): והנה ראיתי זה הספר קטן וכו׳. « Et ecce vidi » hunc librum parvum mole, etc. ». Additur autem libri argumentum: והוא מאמרים המשליים: « Et sunt tractatus parabolarum seu » proverbiorum ». Ipsius interpretis nomen legitur folio eodem, lin. 23: משה בר׳ . . . : « Moses ben R. . . . »; desideratur cognomen in spatiolo, quod vacuum ad illud excipiendum relictum est. Hac eadem ratione librarius passim vocabula omisit, quae legere nequivisse videtur; aliquot ex his lacunis expletae sunt a recentiore. Non dicitur in praefatione ex qua nam lingua opus redditum sit, sed procul dubio ex arabica. Praefationem interpretis sequitur textus, cui interiecta est expositio [ביאור] Avicennae. Huius enim enarratoris nomen, una cum opusculi titulo legitur in hac epigraphe (fol. 18^{b}): *(sic)* נשלמה אגרת חי בן מקי׳ץ עם באור החשוב המעולה בן סנא: « Explicit epistola Chai ben Mechitz cum » expositione eximii excellentis Ben Sina (Avicennae) ». Ad hoc opus nostrum referendus est procul dubio titulus arabicus, *sub quo jam opus Avicennae laudatur ab Ibn Tofeil*, et unde etiam titulum petiit cuidam poëmati suo Abraham Aben Ezra. V. Steinschn., *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 683, n. 39. Non assentio Pasino, qui epistolam mutilam initio declaravit.

Nihil ille de interprete. Paullo diligentius Bencinius (in *Ind. ms.* et apud Wolfium, t. IV, p. 926) sic opusculum describit: *Moysis dicti Minoris. Tractatus proverbialis cum expositione Ben Senis.* Moysen hunc *minorem* Steinschneiderus existimavit *Mosen Narboni.* Sed nescio, quo nam loco Bencinius nomen *Minor* legerit. Non vere Wolfius (l. c.) suspicatus est illum *Ben Senis* accipiendum esse pro *Ben Sira.*

Fol. 19[b]. שאלות ששאל החכם יוסף בן ר' ישראל מהחכם הגדול הפילוסוף ר' שמואל בן תבון ז'ל מענייני חלוקים מספר המורה: *Quaesita sapientis R. Ioseph fil. R. Israël a magno philosopho R. Samuele ben Tibbon fel. mem. de variis rebus ex libro Morèh.*

Hoc et sequens opusculum eodem charactere exarata sunt, qui ad saec. XVI pertinere mihi videtur. Memorat opusculum ex codice nostro Wolfius, t. IV, p. 855, atque hunc Iosephum existimat esse Iosephum ben Israël ben Iechiel auctorem *Libri directionis,* qui extat ms. in bibliotheca Sorbonica.

Fol. 31. *Commentarium in Maimonidis librum Morèh Nevuchim, auctore Prophiat vel Peripoth Duran, vulgo Ephodaeo.*

Desideratur in codice et auctoris nomen et operis titulus. Bencinius (in *Cat. ms.* et apud Wolfium, t. IV, p. 855, n. 9014[b]) eo quod opusculum subiiciatur interrogationibus R. Iosephi ben Israël ad Samuelem Tibbonidem, et in exordio obiter memorentur geometria et arithmetica, opusculum definivit: *Eiusdem (Samuelis Tibbonidis) epistola ad eundem (Iosephum ben Israël) circa Mathematicas operationes.* Pasinus, re minime perspecta, Bencinium exscripsit, atque inde non bene edoctus Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2490, recensuit inter Samuelis Tibbonidis opera: *Responsa de rebus mathemat. in lib.* מורה *ad Quaesita Iosef Israël.* Verum non epistolam, sed integrum commentarium exhiberi unius operis in tres partes distincti, quarum singula capita ordinatim enarrator prosequitur, satis patet ex codicis inspectione. Opus quod illustratur, est Maimonidis Morèh, uti apertum est vel a prioribus verbis: הנה מאז באת אלי: Auctor autem commentarii deprehenditur Ephodaeus ex collatione codicis cum editione Veneta a. 1551. Non omnia in

exordio concinunt, sed postea res est omnino comperta. En breve specimen ex initio partis secundae (fol. 63): זה החלק כחלק לג' חלקים כי מכאן ועד פ' יב' יבאר מציאותו יתברך ואחדותו.

Fol. 97. ספר מאזני העיונים לחכם אבן רשד. *Averrois* (seu potius Gazzali) *Staterae speculationum* (nullo indicato interprete).

Opus est theologicum atque ineditum. In fine: נשלם ספר מאזני העיונים המיוחס אל החכם מגז'לי ויש שמייחסים אותו לבן רשד: „ Explicit liber Staterae speculationum, quem alii tribuunt Gazzali (Al- „ gazel), alii Aben Roscd (Averroi) „. Revera Gazzali potius tribuendus est liber: v. Steinschn., *Cat.*, p. 1000, ubi obiter de hoc opere disseritur. Iam ante Pasinum (quod ille non animadvertit) mentionem huius opusculi fecerat Wolfius, t. III, p. 16; IV, p. 753. Ait ille, hoc opus extare ms. in Bibl. Oppenheimeri.

CODEX CCXIV. A. VII. 2.

P. Not. lib. Cal. p. 15, n. 207.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 137. In-4° min.

IEHUDAE LEVI, ספר כוזרי [*Sefer Cozari*], cum adnotationibus in margine.

Primo folio praemittitur notitia versionis libri Cozari a R. Iehuda Kardaniele adornatae, cuius praefatio describitur, quemadmodum videre licet in codice De-Rossiano 625. Codex tamen versionem Tibbonidis sistit. Ad calcem adnotatur: זה ספר כוזר חברו בלשון ערבי החכם הנכבד אבי כל המשוררים ראש המדברים ר' יהודה הלוי הספרדי והעתיקו בלשון הקדש החכם הרופא ר' יהודה אבן תבון בר' שאול ז'ל מרמון ספרד במגדול לוניל ונשלם בשנת התק'לה לבריאת עולם. . . . : „ Hic liber Cozar lingua arabica „ conscriptus est a sapiente celebri, poëtarum patre, oratorum principe

» R. Iehuda Levi Hispano, et in sanctam linguam conversus a sapiente » medico R. Iehuda ben Tibbon ben R. Saul fel. mem. ex Granata in » Hispania, in oppido Lunel, et expletus est anno 935 ab orbe condito » (a. C. N. 1175) ». Dissentit ergo a codice De-Rossiano 1095, qui libro finem impositum fuisse tradit anno 931; dissentit etiam ab Abendana aliisque, qui anno 929 interpretationis finem assignant. Consule De-Rossium, *Diz.*, I, 143.

CODEX CCXV. A. VII. 3.

P. Not. lib. Cal. p. 15, n. 208.

Chartaceus, saec. XV (a. 1465), charactere rabbinico exaratus, constat foliis 82. In-4° min.

Fol. 1. ס' מראה האופנים. *Aspectus circulorum, sive Iohannis de Sacro Bosco liber De Sphaera, hebraice redditus a Salomone filio Abrahami Avigdor.*

Opus editum. Confer Wolfium, t. I, III, IV, n. 1943; Assemanos, *Cat. bibl. Vat.*, p. 272, 357; Steinschneiderum, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2253 et 2267. Ad calcem opusculi in codice nostro (fol. 15[b]): ובכאן כשלם מה שרצינו להעתיקו . . . בחדש אדר . . . שנת קטן לפרט האלף הששי ליצירה: « Et hic explicit, quod interpretari » constituimus . . . mense Adar . . . anno 159 sexti millenarii ab orbe » condito (a. C. N. 1399) ». Aliam versionis a Salomone adornatae epocham prae se fert codex Vaticanus 292 (*Cat.*, p. 273); habet enim *mense Tebeth anno 186* (a. C. N. 1426). Rectius in codice nostro, uti patet ex Steinschn., l. c.

Fol. 17. *Abrahami ben Chiia Hispani*, ס' צורת הארץ. *Figura terrae.*

Liber plus semel editus. Codicis aetas ac descriptor patet ex epigraphe ultimae chartae: אני קרשקש בבנשת סיימתי זה הספר יום כ'ו לירח אלול שנת ששת אלפים לכלל לבריאת עולם ולפרט שנת ועליך יזר'ח ה' ועתקתיו מתוספת מוטעה לכן יזכני הקורא וכו':

„ Ego Kreschasc in Benascet (?) absolvi hunc librum die 26 mensis Ellul, „ anno sexti millenarii ab orbe condito 225 (a. C. N. 1465), eumque de„ scripsi ex exemplari mendoso; parcat ergo mihi lector „. Idem opus vide ad fol. 29 codicis nostri CCXII. A. VI. 49.

CODEX CCXVI. A. VII. 4.

N. p. A. I, 33. Benc. CLXXIX. Pas. LXXX, t. I, p. 28.

Chartaceus, saec. XV (a. 1446), charactere rabbinico hispano, maxima ex parte ab una eademque manu exaratus, constat foliis rec. num. notatis 94, ex quibus novem priora alterius codicis sunt reliquiae. In-4° parvo.

Fol. 1. *Mosis Narboni*, *Expositio seu compendium operis Al Gazali Abu Achmet, cui titulus: Opiniones philosophorum. Vix initium.*

Nomen interpretis sic scriptum est: משה בן יהושע הנבוני יש׳ עמה׳ן בן מר׳ דוד: Parvum sane fragmentum magni operis, quod integrum vide in codice nostro A. VI. 12.

Fol. 10. *Bruni*, *Chirurgia magna, ex latino sermone hebraice reddita a R. Hillel ben Samuel.*

Textus latinus ter prodiit Venetiis, anno 1490, 1546 et 1559, in-fol. Duae extant hebraicae versiones ineditae, altera Iacobi ben Iehuda aben Kaspiel, de qua Wolfius, t. I, p. 270, altera R. Hillel ben Samuel, de qua primus monuit De-Rossius, *Ms. hebr.*, t. III, p. 134, cod. 1281. Hanc continent et codex, quem recenseo, et alter noster A. VII. 31 q. v. Opus constat duobus libris. Primus in hoc nostro incipit sic: זה הספר שורגיאה חברו רופא אחד מחכמי הגויים נקרא בורני על שם מחברו ובלשון עברי נקרא ספר כריתות והעתיקו מלשון נוצרי אל לשון עברי החכם השלם ר׳ הלל יצ׳ו בן החסיד הקדוש ר׳ שמואל בן חי שצ׳ל הכהן ר׳ אליעזר: „ Hunc librum Chi-

„ rurgiae composuit quidam medicus ex sapientibus nationum, latine vo-
„ catum Burni (corr. Bruni) ex nomine auctoris et hebraice Cherithuth;
„ et transtulit illum e christiana lingua in linguam hebraeam sapiens ill.
„ R. Hillel, fel. mem., filius pii Samuelis Cohen, filii Chai fel. mem. R.
„ Eliezer „. Ad calcem secundi libri (fol. 85b): אני משה בן ר' יעקוב כתבתי זה הספר יש בו ספר כריתות למ...(?) בורניש ..... מחובר מפיניני (?) ארבע ספרים שחבר גלינוס ובו פירושי על דרך קצרה וכתבתיו לעצמי והיתה השלמתו יום ששה ועשרים לחדש טבת שנת מאתים וששה לפרט האלף הששי:
„ Ego Moses fil. R. Iacobi scripsi hunc librum, in quo est (Cherithuth)
„ Anatomia medici (?) Burnis ..... *(sex vocabula legere nequivi)* ex qua-
„ tuor libris quos composuit Galenus, in compendium redactis, et fuit
„ finis eius die 26 mense Teveth, a. 206, min. comp. sexti millenarii (a.
„ C. N. 1446) „. Nomen *Burni* mendose scriptum pro *Bruni* facile emendatur et ex latino textu et ex altero codice nostro. Translationem R. Hillel ignotam appellat De-Rossius, l. c. Ea sane latuit doctos viros ex codicibus nostris. Pasinus adfirmavit in hoc contineri: *Furnis*, *Liber fluviorum!* Legit enim פורניש, נהרות pro eo quod extat בורניש, כריתות *Anatomia*. In altero autem codice legit *Brot* [ברוט] pro ברונו.

Fol. 86. *Galenus in Aphorismos Hippocratis, hebraice.*

Non satis patet, quod nam Galeni opus exhibeatur. Sunt autem fortasse excerpta. Vix quatuor folia.

Fol. 90b. *Iehuda ben Salomo Nathan, Bongodas, de partu.*

Incipit opusculum ex auctoris nomine נאם יהודה בן שלמה qui lin. 3 dicitur etiam בונגודואש נתן. Est Iehuda Nathan, qui hebraice reddidit opus Al Gazzali, *Opiniones philosophorum.* Confer cod. LXXXIII. A. IV. 1. Non recte Pasinus pro *Nathan* legit *Cohen.*

CODEX CCXVII. A. VII. 5.

P. Not. lib. Cal. p. 15, n. 210.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 126. In-4° min.

Fol. 1. (Exemplar non manu exaratum, sed impressum): מקום בינה. *Locus intelligentiae. Opusculum ab auctore Iosepho Ben Gerson* [קונציו] *Conzio inscriptum R. Abrahamo Pescarolo. Cherii, a. 390 (a. C. N. 1630).* In-4° m.

Alterum huius Iosephi Conzio opus vide in codice CCXXXIV. A. VII. 22.

Fol. 9. *Epistolae centum varii argumenti, auctore Ascer ben Mescullam, cui et cognomentum* [קוזי שליט] *Kozì Slit.*

Praemittuntur singularum epistolarum argumenta, quae sunt expressa duobus versibus similiter desinentibus. Auctoris nomen legitur folio 15, atque iterum fol. 50. Nescio tamen, an שליט sit vox compendiosa pro: שיחיה לאורך ימים טובים.

Fol. 53. *Tractatus astronomicus, cum tabellis, de ratione definiendi annum, de ordine mensium etc., et tabulis epactae, quae scriptae fuerunt ad annum 172 (a. C. 1412).*

Fol. 66. מילי דאמרי אינשי. *Dicta familiaria, excerpta ex sacris libris et Talmude, et ad ordinem alphabeti digesta, quorum germanica interpretatio subiicitur.*

Incipit a dicto Ezech. XVII, 2, subiiciuntur fol. 77[b] verba quaedam iocosa.

Fol. 79. *Decisiones de mactatione.*

Fol. 85. *Index duorum et triginta Bibliae versuum, quorum initium par est fini.*

Fol. 87. *Commentarius in Caput XXXV, v. 5, Geneseos.*

Fol. 88. *Nonnulla cabalistica de cuiusque hominis fatis ex eius nomine aliove adiuncto praenoscendis.*

Fol. 90. *Pauca de arithmetica.*

Fol. 92. *Anagrammata.*

Fol. 98. *Testamentum R. Iehudae Chasid.*

V. Wolf., t. III, n. 716. Folio 98[b] legitur librarii nomen *Salomon ben Isaak* השליט *ben R. Abraham.*

Fol. 102[b]. תקון שטרות. *Ordo contractuum.*

Sunt formulae ad publicas contractuum tabulas scribendas. Exempla contractuum annos ostentant 5247, 5260, 5261, 5299.

CODEX CCXVIII. A. VII. 6.

P. Not. lib. Cal. p. 16, n. 211.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico a duobus librariis exaratus, constat foliis 222. In-4° min. Collectio fabularum Romanensium.

Fol. 1. *Anonymi*, תולדות אלכסנדרוס, *Generationes sive historia Alexandri ex lingua latina in hebraicam reddita, uti videtur, ab Immanuele ben Iacob.*

Titulus: זה ספר תולדות אלכסנדרוס המקדוני מיום הבראו עד יום מותו וכו׳: « Liber generationum Alexandri Macedonis a die ortus ad diem usque mortis etc. ». Succedit interpretis praefatio, quae incipit: (*sic*) אמר המעתיק בעל הכנפים לא מהיותי חכם בעניי רצחות לשון על שפתי השיאני לבבי בהעתקת הספר הזה: « Dicit interpres auctor alarum etc. ». Constat, auctorem libri astronomici הכנפים, *Alae* (v. cod. XCVI. A. IV. 14) esse *Immanuelem ben Iacob*, de quo Wolfius, t. I, III, IV, n. 1792, et De-Rossius, *Diz.*, I, p. 111. Hic autem Immanuel se ipse interdum vocat בעל הכנפים, uti in memorato codice nostro A. IV. 14; vide etiam Wolfium, t. III, l. c. Vix igitur dubium subesse potest, quin Immanuel ben Iacob sit interpres huius historiae Alexandri, quam ipse in praefatione testatur in hebraicam convertisse *ex lingua* נצרי, *atque ex eleganti exemplari picturis et imagunculis referto;* nimirum ex lingua latina, uti verisimile est, non iam graeca. Tum historia

incipit: ויהי מלך אחד במצרים ושמו נטיניפו והיה האיש ההוא חכם ונבון ובקי והחרטומים וכו׳: « Rex fuit in Aegypto, cui « nomen Netanefo; eratque doctus, intelligentia praeditus, atque consultus « artis astrologicae ». Scilicet putidas de rege Nectanebo fabulas auctor prosequitur. Postremo capite narrat, Roxanam Alexandri uxorem post viri mortem filium peperisse, cui a patre nomen factum Alexander, tum imperii divisionem recenset. Huius operis (quod nonnulli tribuunt Ptolomaeo Lagi) tres extare videntur hebraicae versiones; prior ex arabica lingua est versio Alcharisi, altera Samuelis ben Tibbon, de quibus confer Wolfium, t. I, p. 969 et 1098, ac Steinschneiderum, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2486, n. VII, tertia haec nostra Immanuelis ben Iacob. Ad calcem (fol. 72) haec epigraphe grandioribus litteris scripta est: ותשלם מלאכת הספר מאלכסנד׳ ומלחמותיו וגבורותיו על ידי ליאון יהודה ב״כ יהושע יזי״א מן האדמים זכריה בכמ״ר בנימין פנצי יזי״א יום ב ... « Explicit liber de Alexandro, eiusque bellis et gestis per Leonem Iehudam « ben Iosua De-Rossi in usum Zachariae ben Beniamin Finzi, feria se- « cunda . . . ». Reliqua avulsa fuerunt.

Fol. 73. *Fabula Romanensis de Bernabi* [ברנבי] *et Lusianae* [לוציאנה] *amoribus et vicissitudinibus.* Mutila initio.

Scripta est prosa oratione, interiectis vocabulis in eumdem sonum desinentibus. Nomen *Bernabi* vel in prima pagina legitur, nomen *Luciana* lege ad fol. 74ᵇ, lin. 5. Fabula desinit: לא נמצאו אהובים נאמנים כמותן מימות דוד ויהונתן.

Fol. 79. *Isaaci ben Salomo ben Sahola,* משל הקדמוני. *Proverbium antiquum, seu fabula.*

Edita pluries. Confer De-Rossi, *Diz.*, II, p. 115; Steinschneiderum, l. c., p. 1151.

Fol. 192. משלי סנדבר. *Proverbia Sandabar.*

Saepe edita.

Fol. 205ᵇ. *Iehudae ben Sabbatai,* ספר תחכמוני והוא מנחת יהודה. *Liber sapientem reddens seu Oblatio Iehudae.*

Sub postremo titulo iam lucem vidit. V. Wolfium, t. I, III, n. 740. Steinschneiderum, *Cat.*, p. 1367. In fine (fol. 222): *Explicit manu* [שומואל יזי"א בכמר אפרים זצ"ל מבולונייא]: *Samuelis ben Ephraim Bononiensis.*

CODEX CCXIX. A. VII. 7.

P. Not. lib. Cal. p. 16, n. 212.

Membranaceus, saec. XIV, charactere scriptus fere quadrato cum punctis vocalibus, constat foliis 193. In-8°.

PENTATEUCHUS cum Aftaroth seu lectionibus prophetarum descriptis in superiori et inferiori ora codicis, et Masora in solam Legem.

Codex, folio 192 dicitur ab Abrahamo Nachum venditus Samueli Morino, cognomento Montalban, Romae feria prima, die 9 Scevat, a. 266 (a. C. N. 1506); testes aderant Scem Tov fil. Larbisae Hispanus, et Iom Tov fil. Abrahami ben Chasid scriba.

CODEX CCXX. A. VII. 8.

N. p. A. II, 20. Benc. XLV. Pas. XCV, t. I, p. 33. Wolf. t. IV, p. 765, n. 110, A. II, 19.

Chartaceus, saec. XVI, italico charactere exaratus, constat foliis rec. num. notatis 255, praeter aliquot vacua. In-4° min.

Fol. 1. *David Kimchi,* מכלול [*miklol*], *Perfectio, seu Grammatica.*

Opus satis notum, cuius extat in bibliotheca nostra rarissima editio Soncinatum, in-fol.

Fol. 147. פתח דברי [*petach devarai*], *Ianua verborum meorum, auctore anonymo ex hispanis grammaticis antiquioribus.*

Opusculum nonnulli etiam tribuunt Eliae Levitae. Editum est in Bombergiana collectione grammatica (דקדוקים) Ven. 1546, in-12°. In codice nostro a fol. 147, quo opus incipit, omnia ordinatim procedunt usque ad fol. 182[b] (edit. 53-97[b]). Dein omittuntur quae a coniugatione הפעיל verbi הקים habentur usque ad dilucidationem litterae זין ex capite המלות, quae nempe in editione extant a fol. 112 ad fol. 128, haec lacuna notatur duobus foliis vacuis. A codicis fol. 183 ad fol. 191, exhibentur quae in editione veniunt a fol. 112 ad 128, nempe a littera זין (praetermissis etiam litteris נון et סמך et partim litteris מם et עין) ad eum locum, quo explentur pronomina. Reliqua desunt.

Fol. 191[b]. הלכות. *Decisiones.*

Hae minuto charactere lectu perdifficili exaratae sunt a recentiore, data occasione, ut expleret vacua folia. In fine haec leguntur: סליק הלכות בדיקה מהר'ר חים חד'ר ז'ל.

Fol. 195. *Aben Ezra*, ספר צחות [*sefer zachuth*], *Liber elegantiae.*

Opus grammaticum. Extat in memorata editione. Librum eodem titulo insignitum conscripsisse videtur Saadia Gaon. Vide Wolf., t. IV, p. 665-6; De-Rossi, *Diz.*, II, p. 112; Steinschn., *Cat. lib. hebr.*, p. 2199, n. 11. Folia 202[b] et 218[b] media parte vacant; inde, ut puto, Pasinus habet: *passim mutilus.* Nihil tamen ibi desideratur. Mutilus quidem codex est fine (fol. 233) ad haec verba: והנה לשון רבים, quae in Bombergiana editione leguntur ad fol. 166, lin. 11. Dein librarius notat: ויותר לא מצאתי « Et reliqua non inveni ». Codex scatet mendis.

Fol. 233[b]. *Ordo Chalitzàh in compendium redactus* (fol. 234[b]): סליק סדר חליצה בקוצר.

Sequitur farrago adnotationum recentius adiectarum ab iis, qui codicem possederant, nullius momenti.

CODEX CCXXI. A. VII. 9.

P. Not. lib. Cal. p. 16, n. 214.

Chartaceus, ineunte saec. XV (a. 1408), charactere rabbinico hispanico exaratus, constat foliis 107. In-8°.

NISSIM BEN RUBEN, Commentarius in Massechet Chetuvoth Rabbi Alphes.

Saepe editus cum caeteris eiusdem in Alphes elucubrationibus. In fine: אני יצחק שלמה בינדיט כתבתי זה ספר פירושי הלכות כתובות מהריא'ף ז'ל חברם מאור הגולה הרב ר' נסים זלה'ה והעתקתיו מספרי הנקכא אוריגינל בהיותי בעיר (?) גירונדה יע'א והשלמתיו בששה ועשרים יום לירח סיון שנת מאה וששים ושמונה לאלף הששי: « Ego Isaak Salomo Benedet » scripsi hunc librum, seu Commentarium in Hilcoth Chetuvoth R. Alphes » elucubratum a R. Nissim, eumque descripsi ex eius libro dicto Originale, » dum essem in urbe Gironda, et absolvi die 26 Sivan, a. 168 sexti mil- » liarii (a. C. N. 1408) ». Revera auctor Nissim erat civis Gerundensis. Quisque videt, quanta auctoritas accedat huic codici descripto ab autographo.

CODEX CCXXII. A. VII. 10.

P. Not. lib. Cal. p. 16, n. 215.

Membranaceus, ineunte saec. XV (a. 1404), charactere rabbinico exaratus, constat foliis 115. In-8°.

ISAACI BEN IOSEPH A CORBEIL, Liber praeceptorum parvus, per compendium dictus Samak, cui etiam titulus: עמודי גולה, *Columnae captivitatis*.

In fine librarii epigraphe: כשלם יום ה' פרשה חיי שנת קס'ד לפ'ק « Explicit die quinto paraschiàh (sive hebdomada) חיי, a. 164 min. supp. » (a. C. N. 1404) ». Confer codices nostros CLIII. A. V. 33; CLXXXIII. VI. 20, aliosque.

CODEX CCXXIII. A. VII. 11.

N. p. A. II, 5. Benc. XXX. Pas. LXXXVI, t. I, p. 29. Wolf. t. IV, p. 865, A. II. 4.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico ad formam quadratam accedente exaratus, constat foliis rec. num. notatis 57. In-4° min.

Fol. 1[b]. *Iacobi ben David ben Scem Tov, Ratio conficiendi calendarii et lunationum reperiendarum.*

Nullus extat titulus. Quem titulum refero, illum opportune, ut mihi videtur, excogitavit Bencinius in *Cat. ms.*, exscripsit Wolfius, t. IV, p. 865, ac demum accepit ipse De-Rossius pro codicibus suis 101 et 351 (*ms. cod.* I, 65, II, 6). Titulus vero, quem Pasinus ait esse לוחות על התכונה, non ex codice, sed ex Wolfio, t. I, p. 566 depromptus est, ubi non huic tractatui, sed peculiaris esse videtur tabulis, de quibus inferius ad fol. 20. Opusculum incipit sic: אמר יעקב בר׳ דוד בר׳ שם טוב פועל: בעבור המה החכמה תלמודית וכו׳:. Est veluti praefatio ad sequentes tabellas. Differt sane ab opusculo, quod auctoris nostri nomine et titulo האצטגנות donatum, atque in tredecim שערים distributum extat in codice Vaticano 356, n. 3, de quo v. Ass., *Cat.*, p. 335. Concinit autem, uti arguere licet, cum altero codice Vaticano 368, n. 15, cui idem est ac in nostro initium, et praeterea titulus ספר על התכונה. Concinit etiam cum De-Rossianis 101 et 351.

Fol. 20. *Eiusdem Iacobi ben David, Tabulae astronomicae.*

Desideratur quidem nomen auctoris, sed nullum de eo dubium, cum satis pateat, has tabulas annexas esse superiori opusculo, ita ut aptior esse fortasse titulus unius operis: ***Tabulae astronomicae, praemissa ratione earundem conficiendarum.*** Extare videntur in Vaticano 356, n. 3, atque in codicibus De-Rossianis 101, 165 et 351.

Fol. 48[b]. *Mordechai Finzi, Tabulae astronomicae.*

Pariter abest titulus, sed opus tribuendum esse huic auctori eruimus ex brevi monito, quod illis praepositum est, atque incipit: אמר החכם מרדכי פינצי כאשר יהיה וכו׳:. Verisimile est, easdem esse ta-

bulas, quae prodierunt nullo nomine insignitae in-4° min., s. l. e. a. (Mant., Abr. Conat ante a. 1480). Confer Steinschn., *Cat.*, p. 1658 ad vocem *Mardochai Finzi*. Interiectum est in codice nostro (fol. 50^b) Carmen sic effictum, ut facile quisque numerum et ordinem Parascioth memoria tenere possit.

CODEX CCXXIV. A. VII. 12.

N. p. A. I, 1. Benc. I. Pas. LVIII, t. I, p. 21.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1516), charactere rabbinico exaratus constat foliis rec. num. notatis 336, praeter complura vacua non notata. In-4° min. *Collectanea Talmudica.*

Fol. 1. *Sermones morales ex Talmude.*

Sermo prior incipit: דרכם של תלמידי חכמים להיות ענו ושפל רוח . . . . . עלוב ואהוב לכל ושפל רוח לאנשי ביתו: Quaedam recenset Pasinus ad fol. 5 ex *Ben Azai*, et ad fol. 9 ex *Hai Gaon*, eo quod horum nomina ibi veniant inter priora capitum verba, et capita sint vacuo spatio distincta; sed ea pertinere mihi videntur ad unum opus, quod tenet folia 1-43^b.

Fol. 44. פי' מסכת י'ט להר'ן ז'ל. *Commentarius in Tractatum Iona Tov, auctore Haran (seu R. Nissim Gerundi ben Ruben).*

Editus est una cum compendio Talmudico Isaaci Alfasi. Contuli equidem editionem Sabionetae, a. 1554, in-fol., t. I, pag. 278^b. Memorat hunc codicem Steinschneiderus, *Cat.*, p. 2064.

Fol. 71. הלכות. *Decisiones, seu Excerpta ex Commentariis Iosephi Chaviv et Ascer ben Iechiel in sequentes Tractatus Talmudicos:*

Fol. 71 טומאה; — fol. 72 ספר תורה; — fol. 73^b מזוזה; — fol. 74 תפילין; — fol. 78 ציצית. Non recte librarius fol. 82 habet סליק הלכות

טומאה pro ציצית. Omnia prodierunt una cum Alfasi. Contuli memoratam editionem Sabionetae, t. I, p. 70[b] sq. Ut monui, in codice nostro vix sunt *excerpta*.

Fol. 83. *Nissim Gerundi ben Ruben*, *Commentarii in sequentes Tractatus Talmudicos:*

Fol. 83 מגילה; — fol. 141 תענית; — fol. 176 ראש השנה; — fol. 203 יומא; — fol. 215 פסח; — fol. 264 סכה. Haec etiam prodierunt una cum Alfasi. In memorata editione Sabionetae extant t. I, p. 358, 265, 305, 321, 227, 331. Ad calcem tractatus תענית haec leguntur in codice nostro: תם ונשלם יו׳ אלול ר״עו לפ״ק: « Explicit die 16 Elul, a. 276 min. » supp. (a. C. N. 1516) ».

Fol. 314. *Abrahami ben Isaak Levi*, *Commentarius in Canticum.*

Inc.: אמר ר׳ אברהם בר׳ יצחק תמ״ך. « Dicit Abraham ben » Isaak (quiescat in honore) ..... ». Male omnino Pasinus legit תבון *Tibbon* pro voce compendiosa, quae extat תמ״ך. Dein: אמר החכם אל תתהדר לפני מלך וגו׳ והנה די לנו בזה המוסר לבלתי נהרום מצבנו להכנם לפנים ממחיצתנו: Opus editum est. Confer Steinschneiderum, *Cat.*, p. 693.

Fol. 334. ביאור מגלת רות לרלב״ג. *Comm. in Ruth*, *Ralbag*, *sive R. Levi ben Gerson.*

Opus notum.

CODEX CCXXV. A. VII. 13.

N. p. A. I, 34. Benc. CLXXX. Pas. LXXXI, t. I, p. 28.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 107. In-4° min. Mutilus initio et fine.

LIBER MEDICUS ET CHIRURGICUS.

In auctorem frustra inquisivi. En operis descriptionem. Constat tribus partibus, quae in שערים distinguuntur.

— Pars I: *De morbis, qui gignuntur causis interioribus.* Constat haec pars septem et sexaginta capitibus. Exciderunt decem priora.

— Pars II (fol. 45): *De ictibus et vulneribus a capite usque ad pedes.* Sic in titulo. Constat haec pars novem et viginti capitibus, quorum index praemittitur. Cap. I: *De percussione capitis, cum quis cadit, de calvae fractura ac modo medendi.* Cap. II: *De vulnere in capite ex gladio vel sagitta, ac de modo extrahendi sagittam.* Cap. III: *De ictibus in nasu* etc.

— Pars III: *De fracturis.* Constat novem et viginti capitibus. Sed duodecim postrema exciderunt.

CODEX CCXXVI. A. VII. 14.

N. p. A. I, 31. Benc. CLXXVII. Pas. LXXVIII, t. I, p. 27.

Chartaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis et hebraico et rec. num. notatis 138, praeter plurima vacua. In-4° min.

ISAACI ISRAËLI SENIORIS, vulgo ISRAËLITAE, *De febribus.*

Nomen auctoris et operis titulus leguntur fol. 7, lin. 21. Vide quae moneo ad cod. A. V. 8.

CODEX CCXXVII. A. VII. 15.

N. p. A. V, 28. Benc. CLVII. Pas. CXLIII, t. I, p. 53. Wolf. t. IV, p. 883, A. V. 27.

Membranaceus, saec. XIV, rabbinico charactere minutissimo exaratus, constat foliis 16. In-4° min. Mutilus initio.

Fol. 1. *Fragmentum operis seu opusculi, cui titulus:* שער השמים, *Porta coeli.*

Codex mutilus incipit ex verbis: ידועים בתקיעת שופר, quae pertinent ad caput I; statim enim folio 2 venit הפרק השני quod expletur duabus pagellis. Dein (fol. 3): נשלם שער השמים. Sunt nempe paginae fere quinque, ubi agi videtur de rebus cosmographicis. Wolfius ex Bencinii notitia, quam integram refert t. IV, p. 883, opus tribuit *Isaaco fil. Lateph;* sic etiam Pasinus. Quod si verum esset, minimum sane fragmentum magni operis in codice haberes. Equidem existimo non esse fragmentum ex operibus magni ponderis, quae sub eodem titulo circumferuntur, sed breve quoddam opusculum, cui pauca exciderunt initio.

Fol. 3. *Maimonidis, Logica, seu de vocabulis Logicae.*

Opus notum atque editum. Confer codices nostros A. II. 12; VI. 48; VII. 32, 33.

Fol. 8[b]. זה נקרא רוח חן. *Liber dictus [Ruach Chen] Spiritus Gratiae.*

Hic titulus praemissus est opusculo. De auctore dubitant docti viri. In hoc codice (fol. 15[b]) interpres, potius quam auctor, nominatur Samuel ben Tibbon: נשלם רוח חן והמולידו הוא היה שמואל בן הבון ז'ל המעתיק המאמר מלשון הגרי לעברי: Eadem epigraphe in codice nostro A. VII. 33 q. v. ad fol. 47. Liber editus pluries. Confer cod. nostrum A. IV. 26.

Fol. 15. *Animadversiones in Morèh Maimonidis.*

Vix tres pagellae. Incipiunt ex versu 2, cap. XXV *Proverbiorum:* כבד אלהים הסתר דבר וכו'.

CODEX CCXXVIII. A. VII. 16.

P. Not. lib. Cal. p. 16, n. 221.

Chartaceus, saec. XVIII, charactere rabbinico italico exaratus, constat foliis 568. In-4° min.

ANONYMI, Commentarius in Exodum, Leviticum, Numeros et Deuteronomium.

Desideratur auctoris nomen; is autem recentior mihi esse videtur, utpote qui facili stilo utitur, quemadmodum commenta huiusmodi scribi solent a Reggio, Luzzato, aliisque ex recentioribus. Commentarius est philosophicus; nihil omnino in eo aut de Kabbala aut de lingua. En specimen ex initio libri Numerorum: וידבר ה' אל משה שאו וכו' הנה יקשה מה שאמר שאו בלשון רבים ולא הזכיר בפסוק ראשון אלא משה.

CODEX CCXXIX. A. VII. 17.

N. p. A. II, 43. Benc. LXVIII. Pas. CVI, t. I, p. 40. Wolf. t. IV, p. 1051, n. 373.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1549), charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 53. In-4° min.

מנהגים [*Minaghim*]. Consuetudines liturgicae dialecto hebraeo-germanica exaratae.

In Bencinii et Pasini catalogis dicuntur hi ritus exarati lingua germanica et litteris hebraicis. Sic etiam ex Bencinio Wolfius t. IV, p. 1051. Verum refert ille ibidem ex aliis codicibus *consuetudines dialecto hebraeo-germanica*, qua nempe et codex noster scriptus esse mihi videtur. Fol. 51b: נשלם זה המינהגים (sic) מיכל השנה. « Expliciunt Minaghim » totius anni ». Additur nomen librarii: משה בר' טוביה הלוי שלי"ט מק"ק איישטרליץ מימדינת מעהריץ תחת ממשלת המלך ואדיננים:

„ Moses ben R. Tobiah Levi, cui sint dies boni, ex sancto coetu Auster- „ litz ex provincia Maehren (Moravia) sub dominio regis Ferdinandi „. Eadem fere repetuntur ad calcem codicis fol. 52, ubi id etiam subiungitur, has consuetudines expletas esse: כד ימים בחודש אייר ש'ט „ Die 24 mensis Iar, a. 309 (a. C. N. 1549) „ atque collectas בארץ איטלייה „ in Italia „ et alibi. Nomen Austerlitz urbis et Ferdinandi regis ibi sic scripta sunt: אושטרליץ et וארדינאנכים. Haec omnia omittit Pasinus; quaedam habet Bencinius, sed perperam monet, hunc Moysen filium Tobiae Levi *filii Aaronis Isterlin provinciae Anaudin.* Emendandus igitur est Wolfius, t. IV, p. 1051, qui haec retulit, uti acceperat.

CODEX CCXXX. A. VII. 18.

P. Not. lib. Cal. p. 16, n. 223.

Membranaceus, saec. XIV, charactere scriptus fere quadrato, constat tenuissimis foliis 336. In-8°.

Fol. 1. *Pentateuchus duplex, ita ut pagina paginae respondeat, et prima punctis, accentibus distinguatur, altera textum solis consonis descriptum exhibeat.*

Quod factum coniicimus a Iudaeo, qui lectioni absque punctis assuescere volens facile in pagina, quae e regione est, veram lectionem discere poterat.

Fol. 273^b. *Quinque Meghilloth, hac ratione:*

1° (fol. 273^b) *Esther*, iterato descripta, quemadmodum de Pentateucho monitum est. — 2° (fol. 284^b) *Ruth, Canticum, Ecclesiastes, Threni* cum Targum alternis versibus inserto.

Fol. 314. *Daniel, cuius parti Chaldaicae ad singulos versus adiuncta est hebraica interpretatio.*

Clarissimus A. Peyron haec notat: „ Unicus hucusque innotuit codex „ bibliothecae Anglicae seu Kennicottianus 240, qui hebraicam Danielis

« versionem referat; hanc ad fidem Romani codicis edidit suis in Bibliis
« Kennicottus atque Halae recudit Schulzius. Iam alter erit Taurinensis
« de quo plura dicerem, si alterutra editio esset ad manus ».

Fol. 324[b]. *Oratio sabbatho summo mane recitanda.*
Fol. 329. *Index τῶν Parascioth.*

Duae codicis venditiones in fine occurrunt, prima die tertio mensis Ab, a. 232 (a. C. N. 1472), altera die septimo Nisan a. 262 (a. C. N. 1502).

CODEX CCXXXI. A. VII. 19.

P. Not. lib. Cal. p. 17, n. 224.

Membranaceus, saec. XIV, charactere scriptus quadrato, constat foliis 80. In-8°.

QUINQUE MEGHILLOTH.

Ruth, Canticum et Ecclesiastes habent alternis versibus intermixtum Targum; Threni vero, atque Esther carent interpretatione Chaldaica.

CODEX CCXXXII. A. VII. 20.

P. Not. lib. Cal. p. 21, n. C. 2.

Chartaceus, saec. XVII (a. 1624), charactere rabbinico exaratus, constat foliis 185, praeter plurima vacua initio. In-4° min.

ISAACI BEN ABRAHAM, חזוק אמונה, *Munimen fidei.*

Codex optimae notae; explet enim a fol. 42[b] ad 47[b] magnam illam lacunam, quam Wolfius ex schedis Ungeri supplevit in bibliotheca hebraica t. III in Appendice; tum ad pag. 342 edit. Wagenseilii eandem

praesefert lectionem, ac Ungeri codex laudatus a Wolfio, *Bibl. hebr.*, t. III, p. 545. Recte; neque enim lectio Wagenseilii ש׳ע׳ה, seu annus 375, vel ab Isaaco demortuo anno 1594 proficisci potuit, vel ab Isaaci continuatore Iosepho, qui, ut inferius dicemus, librum absolvit anno 1605, sed ortam ab inepto amanuensi, qui codicem anno 375 exscribebat, ratum habeo. Fol. 184[b] haec legitur epigraphe: והיה השלמתו ביום ב׳ י׳ג סיון ש׳ס׳ה לפ׳ק פרשה כי ה׳ דבר טוב על ישראל והעתקהי אני המעתיק הספר בעזרת העולם ברא · יובילו שי למורא · האל העושה פלא · . . . . . ותהיא השלמתו ביו׳ ה׳ כ׳א כסליו ש׳פ׳ד לפ׳ק פרשת ואשר הוא עושה י׳י מצליח: « Expletum est opus feria secunda die 13 mensis Sivan, a. 365 (a. C. N. » 1605) min. supp., quando legebatur Parascià *quia dominus bene de* » *Israële locutus est* (*Num.*, X, 29). Exscripsique ego descriptor libri opi- » tulante mundi creatore, afferent munus tremendo Deo, Domino qui » mirabilia patrat . . . . . eiusque finis fuit feria quinta die 21 mensis » Chisleu, a. 384 (a. C. N. 1624) min. supp., quando legebatur Parascià » *et omnibus eius operibus Deus felicem successum largiebatur* (*Gen.*, » XXXIX, 23) ». Primam epocham interpretor de libro expleto a Iosepho filio Mordechai, qui Isaaci anno 1594 demortui opus imperfectum continuavit a capite IX, partis alterius ad finem usque; alteram de amanuense codicem describente.

CODEX CCXXXIII. A. VII. 21.

N. p. A. I, 17. Benc. XVII. Omissus a Pasino. Wolf. t. IV, p. 952, A. I. 16.

Membranaceus, saec. XIV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 50. In-8°. Libri tegumentum et ornatus sunt arabica.

IACOBI ANTOLI, קצור אלמגסטי, *Compendium Almagesti*, cum figuris.

Conspicitur in fronte libri ornatus multis linearum nexibus arabico more descriptus, ubi latere videtur quoddam vocabulum ex libri titulo, fortasse *Almagestum*. Dein haec veniunt: והוא לקוח על דרך הקצור מספר אלמגסטי להודיע תכונת הגלגלים ומהלכי הככבים ידיעת

קבלה: ואני יעקב בר' אבא בר' שמעון בר' אנטולי העתקתיו מפי נצרי אחד ודקדתי (?) אותו מלשון הערב: וכדי להמציא לדורש את דרושו ראיתי להקדים עניני שעריו שהם שלשים:
» Et id in compendium redactum est ex libro Almagesti, ut inde appa-
» reant circumvolutiones et motus astrorum, pro traditione. Verum ego
» Iacob ben Aba ben Simeon (sic) illud (arabice) transferrendum curavi
» a quodam Christiano, atque inde comminui ex lingua arabica et ut
» commodius evadat iis, qui ipsi studere volunt, iudicavi praemittere ar-
» gumenta capitum, quae sunt triginta ». Ad calcem opusculi extat hoc nomen: ר' אסא בכר' אליה פרנסי. « R. Assa ben R. Elia Fransi ». Non dubito, quin sit opus auctoris nostri, quod hebraice et latine prodiit hoc titulo: *Elementa astronomica ex Arab. Ahmed el Fergnani.* Vide Steinschneiderum, *Cat.*, ad vocem *Iakob Antoli.*

CODEX CCXXXIV. A. VII. 22.

P. Not. lib. Cal. p. 17, n. 226.

Chartaceus, saec. XVIII, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 80. In-8°. Descriptus ab editis libris.

Fol. 1. *Mosis Provenzale*, בשם קדמון, *In nomine aeterni. Poëma complectens regulas grammaticae.*

Codex verbum de verbo exscriptus fuit ex editione Veneta anni 1597 a Iohanne Degara curata, cuius etiam frontem descripsit amanuensis.

Fol. 26. *Iosephi ben Gerson Conzio*, אות לטובה, *Signum in bonum.*

Amanuensis expressit editionem Cherii in agro Pedemontano curatam a. 382 (a. C. N. 1622).

CODEX CCXXXV. A. VII. 23.

P. Not. lib. Cal. p. 17, n. 227.

Chartaceus, saec. XVI (a. 1580), charactere rabbinico exaratus, constat foliis 129. In-8°.

Fol. 1. *R. Meir ben Gabbai*, תולעת יעקב, *Vermis Iacobi*.

Amanuensis summa fide expressit editionem Constantinopolitanam a. 320 (a. C. N. 1560), cuius etiam frontem atque titulum apographo suo praemisit. In fine (fol. 127) codex absolutus dicitur: ביום ג׳ כ׳ח אדר שנת חמשת אלפים ושלש מאות וארבעים: « Feria tertia, 28 Adar, a. 5340 (a. C. N. 1580) ».

Fol. 127^{b}. *Oratio Manassis Regis, cum in carcere detineretur.*

CODEX CCXXXVI. A. VII. 24.

N. p. A. II, 42. Benc. LXVII. Pas. CV, t. I, p. 40.

Membranaceus, saec. XV, charactere conscriptus quadrato partim cum punctis vocalibus, partim sine punctis, constat foliis rec. num. notatis 262, ex quibus postrema quatuor et decem sunt chartacea, recentius addita. In-8°.

LIBER PRECUM EX RITU GERMANICO, una cum quaesitis et responsis de casibus ad religionem spectantibus.

Preces grandiori charactere exaratae sunt in medio, adsunt circumquaque minori charactere *Quaesita* (non *glossae*). Praemittitur Ps. CXIX. Sequuntur, fol. 10, preces ante ortum solis recitandae, ac, fol. 31, preces quotidianae. Extat, fol. 214^{b}, tabella astronomica, qua per aliquot annos dies festi statuuntur, initio facto ab a. 272 (a. C. N. 1512) ita ut ante hunc annum codicem exscriptum esse appareat. Veniunt in fine Piutim pro diebus festis solemnioribus. Post folium 249, quod ultimum fuerat, addita sunt folia chartacea recentiora, quae continent lamentationes pro nono die mensis Ab.

CODEX CCXXXVII. A. VII. 25.

P. Not. lib. Cal. p. 17, n. 229.

Chartaceus, saec. XVII (a. 1698), charactere rabbinico exaratus, constat foliis hebraico numero notatis 84, quibus adduntur in fine decem nullo numero notata. In-8° p. Ex editione, uti videtur, exscriptus.

Fol. 1. *Iechielis Melli*, תפוחי זהב. *Poma aurea.*

Liber editus primum Mantuae, anno 1623. In-8°.

Fol. 71. *Nachmanidis*, *Epistola moralis ad filium.*

Prodiit cum superiori opusculo Mantuae.

Fol. 72^b. (*Menachem Asaria*) דברים שבקדושה. *Verba sanctitatis.*

Prodiit cum superioribus opusculis Mantuae.

Fol. 75^b. *Ascer* (*ben Iechiel*), הנהגות. *Consuetudines.*

Prodierunt cum superioribus opusculis Mantuae. Titulus in codice nostro est huiusmodi: הנהגות אשר תקן הרב רבינו אשר ז"ל אבי רבינו יעקב בעל הטורים ז"ל: « Consuetudines, quas concinnavit « R. Ascer, pater Iacobi auctoris libri Turim ».

Fol. 80. *Saadiae Gaon*, *Precatio matutina.*

Edita pariter cum superioribus opusculis.

Fol. 85^b. *Pinchas Baruch* (*Monselice*) *ben Pelatja*, מגן חיים. *Clypeus vitae.*

Preces et lectiones vespertinae; editae Mantuae, 1657, in-12°. Codex in fronte dicitur descriptus Taurini a. 458 (a. C. N. 1698).

CODEX CCXXXVIII. A. VII. 26.

P. Not. lib. Cal. p. 17, n. 230.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 314, praeter vacua nonnulla initio et fine. In-8°.

ORATIONES AC POËMATA [פיוטים] pro variis ritibus, ac de variis argumentis.

Incipit a caeremoniis nuptiarum. Folio 102^b veniunt hymni breviores, qui ex variis collecti sunt [שירים קטנים מצאתי], ac de variis argumentis tractant. Folio 104^b hymnus, quem itali hebraei canunt die *Scimchath thoràh,* atque ineditus est eo quod christianae religioni potissimum obiiciatur. Folio 209^b hymni pro anni initio, ac diebus festis. Folio 274 carmina varia de variis argumentis, nempe: (fol. 274) *certamen inter vinum et aquam;* (fol. 278) *questus animalium in hominem;* (fol. 279) *certamen inter panem et vinum;* (fol. 280 *bis*) *certamen inter aestatem et hiemem;* (fol. 282) *hymnus in ludum latrunculorum,* cuius auctor alter est ab Aben Ezra; (fol. 284) *certamen inter duas et viginti litteras alphabeti;* (fol. 290^b) *hymnus in artes.* Folio 306 hymni pro caeremoniis circumcisionis.

CODEX CCXXXIX. A. VII. 27.

P. Not. lib. Cal. p. 17, n. 231.

Chartaceus, saec. XVI, charactere rabbinico exaratus, constat foliis 36. In-4° min.

MOSIS SACUT, vel ZACUT, יסוד עולם, *Fundamentum mundi.* Drama metricum.

Nomen auctoris desideratur in codice nostro; patet autem ex codice De-Rossiano 1331. Interlocutores recensentur primo folio: *Thera, Abraham, Haran, Sara, Lot, Eliezer, Nembrod, eiusque servi atque sapientes,*

pastores Abraham, eorumque princeps Achitov, pastores Lot, eorumque princeps Achirañ, Og, Amrafel eiusque socii, Berañ [ברע] *eiusque socii, Ismaël, Agar, Isaak, Ketura.*

CODEX CCXL. A. VII. 28.

N. p. A. I, 14. Benc. XIV. Pas. LXVI, t. I, p. 24. Wolf. t. IV, p. 869, n. 1073.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 151. In-8° min.

Fol. 1. *Tituli trium opusculorum, quae codex tenet, sic ab ipso librario exhibentur simul in primo folio recto:*

חשבון המיתרים
המושכלים
וחשבון המהלכות
וביאור רובע ישראל.

1° *Computatio chordarum mathematicarum* (Iac. ben Machir, vide ad fol. 1*b*). — 2° *Et computatio conversionum siderum* (Abr. ben Chija, vide ad fol. 5). — 3° *Et expositio quadrantis Israëlis* (Iac. ben Machir, vide ad fol. 117).

Fol. 1*b*. *Iacobi ben Machir ben Tibbon*, [חשבון המיתרים המושכלים]. *Computatio chordaruu mathematicarum.*

Inc.: אמר יעקב בן מכיר בן תבון ההררי בעבור שהזכיר החכם בספרו חשבון המיתרים והקשתות וכו׳: En opusculi argumentum ex prioribus lineis, quas interpretor: « Dicit Iacob ben Machir ben Tibbon Montanus (sive Montepessulanus): Quoniam sapiens (?) » in suo libro de computatione chordarum et arcuum mentionem fecit de » iis cognoscendis ex tabellis, nec tamen tradidit methodum, qua sapientes, » qui ipsas tabellas confecerunt, ad earum chordarum et arcuum cogni- » tionem pervenerunt, brevem mentionem facere constitui ex libro Alma- » gesti aliisque tractatibus, quomodo chordae computari possint et ex » peripheria et ex centro, addamque exempla ex memorato libro (de » chordis et arcubus) et ex libro Euclidis ». Pasinus existimavit, hanc esse

praefationem a Iacobo ben Machir additam insequenti operi Abrahami ben Chija de conversionibus siderum. Sed insequens opus est astronomicum; haec autem lucubratiuncula spectat librum geometricum de chordis et arcubus, cuius est veluti appendix. Sane Abraham ben Chija, teste Wolfio, t. I, p. 53, conscripsit etiam tractatum de geometria, ad quem fortasse referendus est libellus noster.

Fol. 5. *Abrahami ben Chija Hispani*, ספר חשבון מהלכות. *Liber computationis conversionum (siderum).*

Inc.: אמר אברהם בר' חייא הספרדי אני מתחיל בשם האדון יושב הכרובים לפרש סדר חשבון המהלכות: In fine (fol. 116): כשלם הספר הזה והוא חשבון המהלך לנשיאנו הגדול לר' אברהם צאחב אל' שרטה זק'ל' בן הנשיא ר' חייא זצ'ל' במדינה ברגלונה שנת תתצו כב לעומר יום ו בחצות היום והוא עשירי לאפריל מחדשי חמה: « Completus est liber hic, » qui est computatio conversionis (siderum), auctore principe nostro » magno R. Abrahamo praefecto praetor., filio principis R. Chija in pro» vincia Barcellona, a. 896 (a. C. N. 1136) die 22 ñomer (sive 22 a die » secundo paschatis), die 6 in meridie, qui est decimus aprilis ex men» sibus solis ». Constat viginti שערים. Idem continetur in codice Vaticano 379, n. 9 (Assem., *Cat.*, p. 354).

Fol. 117. *Iacobi ben Machir ben Tibbon* [רובע שראל]. *Quadrans Israëlis.*

Praemittuntur biblica verba, ex quibus titulus depromptus est: מי מנה עפר יעקב ומספר את רובע ישראל: *Num.* XXIII, 10. Incipit opus: אמר יעקב בן מכיר בן התבון ההררי לפי שחכמת התכונה לא השלם ידיעתה כי אם בכלים: Idem omnino est inediti huius operis initium in codice Vaticano 383, n. 8 (Assem., *Cat.*, p. 36). Ibi opus constare dicitur quadraginta שערים; constat in codice nostro vix sexdecim, quorum index subiungitur praefationi, et tamen in fine expletum dicitur. Agit de astrolabio, nec est confundendum cum altero tractatu *De astrolabio*, quem idem auctor transtulit ex arabica lingua. Confer De-Rossi, *Ms. cod.*, t. I, p. 79, ad cod. 123; Steinschneider, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 1234, et p. 17 *Conspectus codd. mss.* etc., ad calcem eiusdem Catalogi.

CODEX CCXLI. A. VII. 29.

N. p. A. III, 18. Benc. XCIII. Omissus a Pasino.

Chartaceus, exeunte saec. XVI (a. 1591), charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 451. In-8°.

PENTATEUCHUS ET AFTAROTH pro diebus solemnioribus, germanice reddita et hebraice exarata, cum commentis pariter germanica lingua et hebraicis litteris exhibitis.

Incipit interpretis prooemium: אמר הסופר קנא קנאתי ליי' צבאות Cuique *parasciàh* germanice reddito subiicitur commentum cum assiduo titulo: כלל העולה « Conclusio quae inde manat », et huic commento subiiciuntur quaedam animadversiones in *aftaroth*. Veniunt in fine ipsa *aftaroth* pro diebus festis solemnioribus pariter germanice. Ad calcem codicis: ותהי שלמותו היום יום א' עשרה לחדש סיון שנת וא'ל שד'י יתן לכם רחמים פה ק'ק לודי דיתבא על נהר אדה ושאר מעיינות אשר תחת ממשלת המלך הגדול פיליפו יר'ה: « Et fuit finis illius hodie feria prima, die 10 mensis Sivan, a. 351 (a. C. « N. 1591), hic in sancto coetu Laudis Pompeiae (Lodi) ad flumen Ad- « duam, sub dominio magni Imperatoris Philippi ». Minus recte Bencinius in *Cat. ms.*, refert annum 5314, praeterhabitis notis וא'ל.

CODEX CCXLII. A. VII. 30.

P. Not. lib. Cal., p. 19, n. C. 1.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico hispanico exaratus, constat foliis 160. In-8° min.

Fol. 1. *Honein*, *vulgo Chananiae*, *ben Isaak*, *Apophthegmata philosophorum. Ex arabico hebraice reddidit R. Iehuda Charizi.*

Folio 2, incipit praefatio interpretis R. Iehudae Charizi ben Salomo. Folio 3[b] titulus: ספר מליצות הפילוסופים וחידותם ומוסרם Idem in codice De-Rossiano 402. Titulo haec statim subiunguntur: אמר המתרגם חנניה בן יצחק הנצרי: « Diçit enarrator Cha- » nania ben Isaak Christianus ». Recte codex noster habet הנצרי « Christianus » pro eo quod legitur in editione Ripae Tridentinae היוצרי « Ha-jozri ». Desideratur in nostro integra sectio tertia. Plures occurrunt varietates lectionis praesertim in orthographia nominum philosophorum, tum in postremo capite sectionis secundae ordo sententiarum paullum turbatus est, atque differt ab edito. Eodem in capite, et apophthegmate 35 recte codex pro edito אין על המתעצל אשם legit המשתדל. Nam qui rebus agendis sedulo intendit, facile abest a reatibus, secus vero piger. Pariter in apophthegmate 84 pro edito המתעסק habet המתנהג. Frustra in codice quaesiveris apophthegma 87, quod desideratur etiam in editione. (Confer cod. A. IV. 37, fol. 5). — Solent bibliologi Orientales hunc tractatum adscribere Chananiae filio Isaaci, quem inter Iudaicae sectae homines recensuisse contenti, nihil praeterea de eius patria, aetate, scriptis, vitae genere monent; solum enim atque putum nomen norunt. Vide, sis, Bartoloccium, *Bibl. M. Rabb.*, t. II, p. 849; Wolfium, *Bibl. hebr.*, t. I, n. 642; De-Rossium, *Diz. aut. ebr.*, t. I, p. 52, et *mss. codd.*, ad cod. 402, 424, 773, 1355. At commentitium esse iudaeum hominem Chananiam fil. Isaaci, atque immerito confusum cum Chonain, vel Chanen, vel Honain ben Isaaci (ita enim effertur حنين, de quo Wolfius, *Bibl. hebr.*, t. I, III, IV, n. 636; De-Rossi, *Diz. aut. arabi*, p. 102; D'Herbelot, *Bibl. Orient.*, ad hoc nomen) plura sunt quae mihi persuadent. *(Haec Amedeus Peyron, quem exscribo; iam rem esse a recentioribus comprobatam, non opus est memorare).* In limine opusculi auctor ita suum profitetur nomen in editione Ripae Tridentinae חנניה בן יצחק היוצרי « Chananias fil. Isaaci Iotzeri ». Quid, quaeso, monstri est τὸ היוצרי? Summa quidem fide Bartoloccius et Wolfius, citt. locc., hoc agnomen exscripserunt, neuter tamen interpretatus est; prudentius De-Rossi seu in *Dizionario*, seu in *mss. codd.*, abstinuit a citatione invisitatae vocis. Atqui tum hic codex, quem recenseo, tum Calusianus alter 114 (nunc CXIX. A. IV. 37, quem vide) legunt הנצרי « Christianus »; Honain vero Ebaditae seu Christiani Nestoriani nomine gloriabatur. Vide Casiri, *Bibl. Arab. Hisp.*, t. I, p. 286; Assemanni, *Bibl. Orient.*, t. III, p. 164; Abulfeda in *Annalibus*, t. II, p. 245, ibique Reiskium in notis. Iam igitur Chananiam a Iudaeorum catalogo expungendum esse probabilissima Calusianorum codicum lectio suadet. Nomen חנניה occurrit quidem in editione,

et in hoc Calusiano, verum alter 114 legit חנינה חנניה « Chanina Chanania ». Sane tria puncta litterae *iodh* imposita obelo illud configunt; inde tamen iure colligere videor amanuensem in suo codice legisse חנינה, vel חננה, etsi vocem non assecutus hebraica civitate donavit scribens חנניה. Quae nominum Arabicorum corruptio praeterquam quod non abhorret a ceteris exemplis quae hebraici librarii suppeditant, facile illi approbabitur, qui aliquot huiusce codicis folia cum aliis exemplaribus contulerit. Quot variantes in orthographia cognominum philosophorum! Quanta amanuensium oscitantia in iis scribendis, ut tantum non effinxerint nomina nulla Oedipi coniectura solvenda! Iidem etiam rati nefas esse eam laudem Christianis tribuere, qua Academicas domos veterum graecorum more exstructas etiamnum possidere perhiberentur, quemadmodum Chananias de gente צאבה (Calusiani legunt צאביא) et de Magis sua aetate narrat in cap. VIII, sect. I, vocabulum והנוצרים, quod in utroque codice Calusiano postremum est huiusce capitis, expunxerunt ab editione Ripae Tridentinae. Ad haec Chananias Graecae, Hebraicae et Syriacae linguae consultus, uti ipse fatetur in fine capitis primi, Arabicae elementis perdiscendis, Deo favente, operam dedit; quae cum in Honaino homine Syro, polyglotto, atque plurium seu commentariorum seu versionum auctore apprime quadrant, tum Chananiae Iudaicae sectae haud optime meritae de linguis addicto, atque in tanto eruditionis apparatu unicum specimen edenti vix aptari possunt. Tandem apophthegmata philosophorum ab Honaino ben Isaak deprompta e veteribus libris, atque Arabice reddita repraesentat codex Escurialensis DCCLVI hoc titulo كتاب اداب الفلاسفة, qui liber haud distinguendus ab ea Honaini elucubratione, quam Hottingerus in *Bibl. Orient.*, p. 217, citat hoc titulo insignitam كتاب نوادر الفلاسفة الحكما « Liber apophthegmatum sapientum philosophorum »; namque Escurialensis codex ita exorditur هذه نوادر الفاظ الحكما, ubi vox نوادر occurrit, et nomen الفلاسفة delitescens in compendio seu potius in corrupta voce الفاظ. Putaverim revera Honainum suo opusculo titulum inscripsisse كتاب اداب; at, cum statim in limine insignis esset vox نوادر, hoc item nomen librarii addiderunt titulo. Idem contigit in versione Iehudae; recte ipse converterat arabicas voces اداب et نوادر hebraicis מוסרים et מליצות, quare ex hebraicis codicibus alii primum, alii secundum titulum praeseferunt. Praeterea Honaini opera Iudaeis hominibus acceptissima fuisse, ut complura hebraica facerent, confer De-Rossii codices 347, 1276, 565, et *Cat. cod. Bibl. Taurin.*, t. I, p. 18, uti male Pasinius legit אסחק pro אסחק « Isaacus » arabico modo scriptus; satis enim videor tum Honaino fil. Isaaci Nestoriano probabiliter

vindicasse opusculum τῶν *Musarè*, tum demonstrasse Chananiam fil. Isaaci Iudaeum, supposititium hominem, soli librariorum oscitantiae se suamque vitam acceptam debere.

Fol. 97. *Abrahami bar Chasdai Levi*, ספר התפוח. *Liber de Pomo (seu de colloquio Aristotelis ante mortem, ex arabico hebraice redditus).*

Editus. Titulus huc usque invisitatus legitur in codice nostro ad calcem opusculi (fol. 109[b]) sic: כשלם ספר הנפש התפוח. Hunc si interpreteris *vita pomi* in grammaticam impinges vetantem, ne vocabulo constructo affigas articulum; sin ex niphàl τὸ *recreare pomi* Oedipo opus est, qui aenigma solvat. Quare putaverim hanc epigraphen ex eo codice exscriptam fuisse, in quo continenter exhiberentur duo libri ס׳ הנפש, ס׳ התפוח, ab uno eodemque bar Chasdai elucubrati; vide Wolf., *Bibl. hebr.*, t. I, n. 79. Concinit Calusianus editioni Ripae Tridentinae; ab ea tamen merito differt, quod in praefatione legit העתקתי in prima persona, *verti hunc librum;* confer De-Rossi, *Mss. codd.*, ad cod. 424.

Fol. 114. *Avicennae liber de coelo et mundo hebraice versus a Salomone filio Mosis Algeriensis.*

Interpres haec praefatur: אמר שלמה בן משה מלגויירי המעתיק שערי נצוח אבן ציני בספר השמים והעולם וכו׳: « Ait Salomon fil. Mosis Algeriensis (cod. מלגויירי) interpres. Hae sunt sectiones « topicorum [שערי הנצוח] Avicennae in librum de Coelo et Mundo, « sicque exorditur. Ait Avicenna in nomine Dei aeterni conscribemus « librum, in quo colligemus varios dispersos tractatus veterum philoso« phorum, verbaque Aristotelis de coelo et mundo, atque summam opi« nionum quae ex eorumdem verbis infertur, et ex prolixis ipsorum « commentariis exurgit, interpretabimur in sexdecim sectionibus ». Sequitur elenchus cuiusque sectionis, tum sectiones ipsae succedunt. Manuscriptus etiam servatur in Bibl. Parisina cod. 449, in Vaticana cod. 386, et in De-Rossiana codd. 100, 424. Scopum auctoris quatuordecim capitibus distinctum recensuit descriptor codicum Parisinorum in *Cat.*, t. I, p. 44, eiusque verba exscripsit uterque Assemanni in *Cat. Bibl. Vat.*, t. I, p. 363; verum facile quisque praesentiscit non quatuordecim, sed sexdecim capitibus debere recensionem constare. Quamobrem ne traditione errores perennitati mandentur, libri summam ex praemisso elencho fideliter ver-

sam subiiciam. — „ *Sectio prima* demonstrabit rem quamvis corpoream „ ceteris praestare, scilicet longitudini ac extensioni . . . . . itemque in „ ea declarabimus corpus coelorum perfectius et pulchrius esse quovis „ alio corpore. — *Sectio secunda* arguet coelorum corpus natura sua „ extensum esse, eorumque materiam et naturam comparandam non esse „ materiei et naturae unius ex quatuor elementis, neque naturam prae- „ seferre compositam ex uno alterove eorum, vel etiam ex omnibus. — „ *Sectio tertia*. Argumenta afferuntur, quibus evincitur coelum non con- „ stare anima vegetativa, neque vi augmentativa. — *Sectio quarta* demon- „ strabit materiam coelorum vel eorum formam inexpertem esse genera- „ tionis et corruptionis. — *Sectio quinta*, corpus coelorum finitum esse. — „ *Sectio sexta* declarabit nonnisi unicum mundum conditum fuisse. — „ *Sectio septima*. Evincitur motum coelorum quotidianum circularem ab „ ortu in occasum non produci a re quapiam corporea ipsos movente. — „ *Sectio octava* declarabit constructionem corporis coelorum formam „ praeseferre sphaericam. — *Sectio nona*, eadem rotunda orbiculari forma „ mundum constructum fuisse; namque pro שהוך legendum שהעולם, „ uti habetur ipso in limine sectionis nonae. — *Sectio decima*, constru- „ ctionem corporis telluris sphaericam esse. — *Sectio undecima* coelos „ quaquaversum moveri aequali motu. — *Sectio duodecima*, merito atque „ necessario plura existere firmamenta. — *Sectio decimatertia* disseret de „ materia septem planetarum, eorumque natura. — *Sectio decimaquarta* „ declarabit aërem non calefieri motu coelorum, solummodo vero astro- „ rum scintillis. — *Sectio decimaquinta*. Argumenta proponuntur quae „ evincant coelos moveri motu circulari, non item sidera; simul etiam „ confirmatur apophthegma: planeta fixus, at orbis circumvolvitur. — *Se*- „ *ctio decimasexta* arguet materiam primam, quae sub lunae orbe erat, „ excepisse quatuor diversas formas ob motum coelorum in quatuor „ partes, quibus hi dividuntur, eas vero ab homine appellatas fuisse ele- „ menta, postquam formae illae substantialitatem acceperint, eaque sunt „ ignis, aër, aqua et terra „.

CODEX CCXLIII. A. VII. 31.

N. p. A. VI, 20. Benc. CLXXXVIII. Pas. CLXIX, t. I, p. 66.

Membranaceus, saec. XV, charactere rabbinico exaratus, constat foliis rec. num. notatis 210. In-8° p.

Fol. 1. *Bruni*, *Chirurgia magna a R. Hillel ben Samuel ex latino sermone hebraice reddita.*

Idem opus continetur in codice nostro A. VII. 4, quem vide. In fine (fol. 131[b]): נשלם המאמר שני מן הצירלושיאה שעשה משטרו ברונו « Explicit liber secundus chirurgiae cuius auctor magister Brunus ». Non recte Bencinius et Pasinus habent: *Magister Brot*, nec recte Pasinus ait, opus in tres partes dividi. Constat enim duabus partibus. Quae *tertia* appellatur a Pasino, huc minime spectat. Vide ad fol. 133.

Fol. 132. *Carmen in medicos.*

Ob carminis festivitatem atque argutias iuvat illud exscribere:

לכל חולה היה כודר לשרת בחכמתך ואל תדור לרפא
ארוחתך שאל ושכר עבודה ואם ימות ואם רפא ירפא
ואל תאכל ואל תשכב בביתו ומראיתך יהי אליו למרפא
ותשאל פי שנים לו בקומו והשען במשכון לא בעל פה
עבוד שרים למזל או למקרה ונדבתם כמו מטר תצפה
ויום תתעל לשרת הגבירות : אזי תעדי עדי זהב וישפה :

Fol. 133. *Medicamenta varia.*

Fol. 138. השער בתועלת אלו הרפואות המיוחדות בכל אבר ואבר *De utilitate sequentium medicamentorum, quae sunt peculiaria cuique parti corporis.*

Fol. 156. תחבושות. *Emplastra.*

In fine: ספר צירלושיאה ממשטרו ברונו וכתבתי בו גם רפואות אחרות טובים הרבה מאד : « Liber chirurgiae magistri Bruni et scripsi etiam in eo remedia alia bona permulta ». Nempe *Bruni chirurgiam* vide ad folium 1, et *remedia permulta* a folio 133 ad finem codicis.

CODEX CCXLIV. A. VII. 32.

N. p. A. II, 46. Benc. LXXI. Pas. CLXVIII, t. I, p. 65.

Chartaceus, saec. XV, charactere scriptus hispanico, constat foliis rec. num. notatis 136, praeter complura vacua. In-8°. Mutilus initio.

Fol. 1. ***Mosis ben Maimon, Logica seu de vocabulis Logicae, interprete Mose ben Tibbon.***

Desideratur prima sectio. Incipit autem opus mutilum hisce verbis sectionis secundae: הלשונות השלשה בשלילה. In fine (fol. 20): כשלם החבור ברצון השם ועזרתו . . . . . והעתיקו מלשון הגרי אל לשון עברי החכם הגדול ר' משה בב'בק ר' שמואל חבון מימון ספרד ז'צ'ל: « Completum est opus Dei nutu, eiusque » auxilio ..... Et transtulit illud ex lingua arabica in hebraeam sapiens » magnus etc. R. Moses filius Samuelis Tibbon. Maimon Hispanus f. m. ». Opus editum ac valde notum. V. codices nostros A. II. 12, fol. 219; VI. 48, fol. 22; VII. 15, fol. 3; VII. 33, fol. 34. Nescio, quomodo Pasinus ex illa voce החבור, qua aliquoties designatur Almagestum, sine ulla dubitatione adfirmaverit hic exhiberi *Ptolemaei Almagestum;* aut non consuluit, aut sprevit catalogum Bencinii, ubi opusculum definitur: *R. Moysis Logica.* Sane a Pasino in errorem inductus est Steinschneiderus, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2003, n. XII.

Fol. 19. ***Averrois* [המבוא] *Isagoge in Logicam Porphyrii, ex versione Iacobi Antoli.***

Praeit interpretis praefatio. Idem opus extat in codice nostro XIV. A. I. 14, fol. 1.

Fol. 43. ***Averrois, Expositio libri Aristotelis* [מאמרות] *de Praedicamentis seu Categoriis, ex versione eiusdem Iacobi Antoli.***

Idem opus in memorato codice XIV ad fol. 9.

Fol. 90. *Averrois, Expositio libri Aristotelis* [פתרון] *de Interpretatione (qui etiam dicitur hebraice* מליצה *de oratione).*

Confer quae moneo ad codicem memoratum XIV, fol. 22.

CODEX CCXLV. A. VII. 33.

N. p. A. II, 32. Benc. LVII. Pas. CLIX, t. I, p. 61. Wolf. t. IV, p. 918, 963, 973, 1053, A. II. 31.

Chartaceus, saec. XV (partim a. 1445), charactere rabbinico, varia manu exaratus, constat foliis rec. num. notatis 292, praeter nonnulla vacua nullo numero notata. In-8°.

Fol. 1. *Salomonis ben Adereth* [תוכחת מוסר] *Admonitio moralis sive epistola ad Synagogas provinciae de philosophiae studio intermittendo.*

Titulus in codice nostro: כתב תוכחת מוסר ששלח הרב רבינו שלמה בן אדרת לקהלת פרובינצא: . Edita est inter eiusdem auctoris *Responsa*, Bononiae, anno 1539, in-fol. V. De-Rossi, *Ms. cod.*, I, p. 154, cod. 268; III, p. 133, cod. 1278; *Diz.*, I, p. 39; Steinschneider, *Cat. lib. hebr. Bodl.*, p. 2273, n. 26, ubi supplet et corrigit De-Rossium l. c., Pasinum ad hunc locum, et Renan, *Averroës*, p. 160.

Fol. 3. *Iedajae Badrasci Appeninì, seu Peninì, Enbonet, Epistola apologetica ad Salomonem ben Adereth (Arisbà) de studio philosophiae non prohibendo.*

Titulus in codice nostro: זה כתב התנצלות ששלח מר' ידעיה בר' אברהם בדרשי ז'ל אל הרב הגדול ר' שלמה בן אדרת על עניני חכמות הצוניות שהיו לומדי' בפרובינצא: . Edita est una cum superiori epistola. Extat titulo parum vario insignita in codice nostro A. VII. 37, fol. 152, atque in codicibus De-Rossianis 98, 268, 1278. Confer Steinsch., l. c., p. 1287.

Fol. 34. *Mosis Maimonidis, Logica, seu voces logicales, interprete Mose ben Tibbon.*

Nullus in codice titulus. Minus diligenter Pasinus ait hoc opusculum esse *explicationem vocum Arabicarum, quae sunt in singulis capitibus* מלאכת הגיון: Iure Steinschneiderus, *Cat.*, p. 1892, suspicatus est, contineri *Maimonidis Logicam*, opus sane notum, ac pluries editum.

Fol. 47. רוח חן. [*Ruach Chen*] *Spiritus gratiae.*

Opus notum atque editum, cuius non omnino constat auctor. In fine (fol. 46^b^): נשלם רוח חן והמולידו רבי שמואל בן תבון ז'ל המעתיק המאמר מלשון הגרי לעברי: « Explicit Ruach Chen, » et auctor eius R. Samuel ben Tibbon fel. mem., interpres nempe ex » lingua arabica in hebraeam ». Eadem fere epigraphe legitur in codice nostro A. VII. 15, q. v.

Fol. 65. חיבור קצר מלות ההגיון. *Compositio brevis vocum logicalium.*

Sunt nempe argumenta singulorum capitum Logicae Maimonidis, de qua superius ad fol. 34.

Fol. 77^b^. *Anonymi*, מלאכת המזכרת. [*Melecheth mazchereth*] *ars mnemonica.*

Sic titulum esse legendum pro eo, qui a Pasino refertur מלאת אזכרה « impletio monumenti », constat et a duobus versibus, qui praemittuntur, (ubi hoc etiam animadvertendum est, quod rythmica lege duae voces in eumdem sonum רת desinere debeant), et ex argumento libri, et ex epigraphe. Iam vero hi sunt duo versus:

בשם האל אשר לו התפארת
אתחיל מלאכ' מזכרת.

Liber autem est tractatus μνημονικῶν, seu de ratione, qua quisque memoria retinere facile possit nomina sive hebraica, sive ex aliis linguis derivata, quamvis inter se nullo sensu nectantur. In fine (fol. 89) haec legitur epigraphe, quam retulit Pasinus, et sic ex codice emendatam recudo:

ובכאן נשלם כל הקצור אשר מצאתי מהמלאכה המזכרית העתקתיו מהעתק שהועתק על׳ יד מרדכי פינצי שהעתיק ממכתב נוצרי בחדש טבכ׳ד (?) הר׳ לפרט האלף הששי הנה בעיר מנטובא: « Et hic explicit id omne, quod inveni ex « compendio operis: *Ars mnemonica;* exscripsi illud ab exemplari auto- « grapho Mordechai Finzi, qui exscripsit ab exemplari christiano, mense « (Tebeth 24?) a. 205 sexti millenarii (a. C. N. 1445) hic in urbe Mantua ».

Fol. 89[b]. *Mordechai Finzi, Adnotatio de varia ratione, qua Hebraei et Christiani numeros scribunt.*

Nimirum Christiani sic numeros scribunt, ut sint primum centenaria, dein unitatum decades, postea unitates. Contra hebraei, cum numeros integris vocibus significant, notant saepe primum unitates etc.

Fol. 90. *Kalonymi incerti*, משרת משה, *Servus Mosis (seu Apologia doctrinae Mosis Maimonidis de Providentia).*

Opus editum Lipsiae, 1845, in-8°. V. Steinschn., *Cat.*, p. 1573. Quam tamen editionem consulere nequivi.

Fol. 116. *Iedajae Badrascì Happenini*, בחינת עולם *(Bechinàth ñolam) Examen mundi.*

Desideratur in codice nostro titulus; incipit autem opus, uti in aliis codicibus, ex verbis שמים לרום, quo titulo etiam editum fuit. Confer codices nostros CXIX. A. IV. 37, fol. 42[b], et CCXLIX. A. VII. 37, fol. 1.

Fol. 138. *Adnotationes de mactatione animalium.*

In parte recta huius folii, quod fuit ultimum alius opusculi, exhibetur finis nescio cuius operis. In parte versa incipiunt *adnotationes* memoratae, ac currenti calamo exaratae.

Fol. 145. *Anonymi, Commentarium in Iedajae Happenini opus* בחינת עולם, *Examen mundi.*

Nullo praemisso titulo, commentarium post verba textus שמים לרום, incipit sic: ר׳ל כי השמים יש להם גבול ברומם. Contuli opu-

sculum cum duobus commentariis ad textum editis Ferrariae, anno 1552, in-4°, quorum alterum Mosis ben Chaviv, alterum Iosephi Franses, atque diversum reperi.

Fol. 171. *Epistola, a viro quodam, cuius nominis sigla* אפ'ר, *missa Narbonam ad R. Aniosef de huius patris funere.*

Ex prioribus lineis nomina personarum et argumentum epistolae patent:
אגרת קינה ונחמה והספד בדמות השכבה שלח הכח'ם *(sic)*
החכם השלם האפר נ'ר לנרבונא אל המשכיל אניוסף (?)
אברם על פטירת הרב החכם . . . . . הגדול המשרר דוד
אברם איץ (?) אביו . . . . . מרחשון שנת קנ'ד לפרט:
« Epistola lamentationis, solatii et luctus, quam veluti precem (funebrem)
« *hascavàh*, misit sapiens האפר egregiae memoriae Narbonam ad do-
« ctum Aniosef (?) Abraham in funere R. sapientis poëtae Davidis Aitz,
« patris eius ..., mense Marchescvan, a. 154 min. supp. (a. C. N. 1393) ».

Fol. 189. *Mosis Maimonidis, Commentarius in Tractatum Talmudicum Pirkè Avoth, interprete Samuele ben Tibbon.*

Editus.

Fol. 219. מסכת פורים. *Massecheth Purim* (*Parodia*).

Lepidus homo lepide praecipit, quibus epulis et potationibus celebrandi sint dies, quos religio letitiae sacrat. Vix pauca; maiora de eodem argumento edita sunt.

Fol. 221. *Fragmentum ignoti operis, cuius vix finis refertur.*

